ipse domabit. Dixerunt ergo. Cum reus mortis habeatur in pontos insulã gentibus illis que nullũ patiũtur iudicem: iudex preficiatur. si forte eiꝰ nequicia ipoꝝ contumacia edometur. si nõ: q̃d meruit patiatur. Missus igitur pilatꝰ ad gentẽ ferocẽ. ꝛ suoꝝ iudicũ pemptricem. nõ inscius ad q̃s missus sit. ꝛ ꝙ pendula vite sue sententia. tacite rem considerans vitam seruare voluit. ꝛ gẽtem nequã ipse minis ꝛ pmissis supplicio ꝛ pcio penitus subiugauit. Qui igitur tam dure gentis victor extitit. a pontos insula pontiꝰ pilatus nomen accepit. Herodes aũt hominis illius industriã vt audiuit. versutiis eius ꝯgaudens. ipse versutus eũ ad se muneribꝰ ꝛ internũciis inuitauit. ꝛ sup iudeã ꝛ hierusalez potestatẽ ꝛ vicem suã ei tradidit. Qui cũ pecuniam innumerabilem cõgregasset. nesciente herode romã adiit. ꝛ infinitam pecuniam tiberio imperatori obtulit. Et ab eo sibi dari q̃d ab herode tenebat muneribꝰ impetrauit. Huiuscemodi causa facti sunt inimici pilatus ꝛ herodes. quoadusq3 tpe passionis dñi eũ sibi recõciliauit. eo ꝙ dñm ad se misit. Alia causa inimicicie assignatur in hy. sco. Quidam eñ se filium dei faciens multos de galileis seduxerat. quos cum in garizim deduxisset vbi dixerat se ascensurum in celum. supueniens pilatus ipm̃ cũ oĩbus occidit. timens ne simil'r iudeos seduceret. Ob hoc facti sunt inimici. quia herodes p̃sidebat galileis. Et vtraq3 causa potuit esse vera. Cũ aũt pilatus dñm iudeis crucifigendum tradidisset timens tñ offensaz tiberii cesaris eo ꝙ condẽnasset sanguinem innocentem quendaz sibi familiarem p sui excusatiõe ad cesarẽ destinauit. Interea cum tiberius morbo graui teneretur. nunciatur eidẽ ꝙ iherosolimis quidã medicus esset: qui omnes morbos solo verbo curaret: nesciens ꝙ eum pilatꝰ et iudei occidissent. Dixitq3 volusiano sibi priuato. Uade citius trans partes marinas. dicesq3 pilato vt hũc medicum michi mittat: qui me pristine sanitati restituat. Cum aũt ille ad pilatum venisset. ꝛ mãdatũ impatoris exposuisset eidem. territus pilatus. xiiii. dieꝝ inducias postulauit. Infra quod spaciũ dũ volusianꝰ quandã matronã que fuerat familiaris ihesu: noĩe veronicã: vbi nam xp̃s ihesus inueniri posset: interrogasset. ait Heu dñs meus ꝛ deus meus erat. quem pilatus per inuidiam traditum: condemnauit. ꝛ crucifigi precepit. Tunc ille nimis dolens ait. Uehementer doleo. quia quod mihi dominus meus iusserat explere: non valeo. Cui veronica. Dominus meus cum predicando circuiret. ꝛ ego eius pñtia nimis inuite carerem. volui mihi ipsius depingi imaginez. vt dum eius priuarer presentia: mihi saltem prestaret solatium imaginis sue figura. Cunq3 linteum pictori deferrem pingẽdum dñs mihi obuiauit. ꝛ quo tenderem requisiuit. cui cum vie causã aperuissem. a me petiit pannũ. Et ipm mihi venerabili sua facie reddidit insignitũ. Imaginis ergo huiꝰ aspectũ si dñs tuꝰ deuote intuebit'

continuo sanitatis beneficio potietur. Cui ille. Est ne huiusmodi imago auro vel argento comparabilis. Cui illa. Non. sed pio affectu deuotionis. Tecum igitur proficiscar. et videndam cesari imaginem deferam. et reuertar. Venit igitur volusianus cum veronica romam. dixitque tiberio imperatori Jesum a te diu desideratum: pilatus et iudei iniuste morti tradiderunt. et per inuidiam crucis patibulo affixerunt. Venit igitur matrona quedam: mecum ipsius iesu imaginem deferens. quam si deuote prospexeris. mox sanitatis tue beneficium obtinebis. Cesar igitur pannis sericis viam sterni fecit: et imaginem sibi presentari precepit. Qui mox vt eam fuit intuitus sanitatem pristinam est assecutus. Pontius igitur pilatus imperio cesaris capitur. et romam perducitur. Audiens cesar pilatum aduenisse. nimio furore contra eum repletus. eum ad se adduci fecit. Pilatus autem tunicam domini inconsutilem secum detulit. quam indutam coram imperatore portauit. Mox vt imperator eum vidit. omnem iram deposuit. et ei continuus assurrexit. nec sibi dure in aliquo loqui preualuit. et qui in eius absentia videbatur tam terribilis et ferus. nunc in eius presentia inuenitur quodammodo mansuetus. Cumque eum licenciasset. mox contra eum terribiliter excandescit se miserum clamans quod ei furorem sui pectoris minime ostendisset. Statimque eum reuocari fecit. iurans et contestans quod filius mortis esset. nec probas sit eum viuere super terram. Qui vt eum vidit. continuo eum salutauit. et omnem animi ferocitatem abiecit. Mirantur omnes. mirabatur et ipse quod sic contra pilatum dum abesset excandesceret. et dum presens esset nil ei aspere loqui posset. Tandem diuino nutu. vel forte alicuius christiani suasu ipsum illa tunica expoliari fecit. et contra eum pristinam animi ferocitatem mox resumpsit. Cumque de hoc imperator plurimum miraretur. dictum est sibi quod illa tunica fuisset domini iesu. Tunc imperator ipsum in carcerem recipi iussit. donec sapientum consilio deliberaret quid de eo fieri opteret. Data est igitur in pilatum sententia vt morte turpissima damnaretur. Audiens hoc pilatus: cutello proprio se necauit. et tali morte vitam finiuit. Cognita cesar morte pilati dixit. Vere mortuus est morte turpissima. cui manus propria non pepercit. Mole igitur ingenti alligatur: et in tyberim fluuium immergitur. Spiritus vero maligni et sordidi corpori maligno et sordido congaudentes. et nunc in aquis. nunc in aere rapientes mirabiles inundationes in aquis mouebant. et fulgura tempestates tonitrua et grandines in aere terribiliter generabant. ita vt cuncti timore horribili tenerentur. Quapropter romani eum a tyberis fluuio extrahentes derisionis causa ipsum vigennam deportauerunt. et rodano fluuio immerserunt. Vigenna enim dicitur quasi via gebenne. quia erat tunc locus maledictionis. Vel potius dicitur bienna. eo quod vt dicitur biennio sit constructa. Sed ibi nequam spiritus non defuerunt. ibidem eadem operantes. Homines ergo illi tantam infestationem demonum non ferentes. vas illud maledictionis a se remouerunt et illud sepeliendum losanne ciuitatis territorio commiserunt. Qui cum nimis prefatis infestationibus grauarentur ipsum a se

remouerũt. ⁊ in quodã puteo mõtibꝰ circũsepto imerserũt vbi adhuc relatõe quorũdã quedã diabolice machinatões ebullire videtur. huc usqʒ in p̄dicta hy. apocrifa legit. q̄ vtrũ recitãda sit lectoris iudicio relinqt. ¶ Nota tñ ꝙ in hy. sco. legit. ꝙ pilatꝰ a iudeis accusatꝰ ẽ apud tyberiũ de violenta innocentũ interfectione. ⁊ qr iudeis reclamantibus imagines gentiliũ in templo ponebat. ⁊ qr pecuniã repositã in corbonã in suos redigerat vsus. itẽ faciens aqueductũ in domũ suã Et p his omnibus deportatus est lugdunũ in exilium vnde oriundus fuerat vt ibi in opprobrium gentis sue moreretur. Potuit esse si tñ illa hystoria cõtinet veritatem. qr primo iam edictũ dederat vt lugdunũ in exilium deportaret. ⁊ ꝙ ante reuersionẽ volusiani ad impatorem ibi fuerit deportatus. Sed postmodũ tiberius audiens qualiter xp̄m occidissʒ: ipm de exilio educi ⁊ ad se romã adduci fecit. Eusebius aũt ⁊ beda in suis cronicis non dicũt ipsum in exilium relegatum. sed tantum ꝙ in multas calamitates incidens propria manũ se peremit.

De festiuitatibus que occurrunt infra tempus reconciliationis

Dicto de festiuitatibus que occurrũt infra tempus deuiatõnis quod incepit ab adam ⁊ durauit vsqʒ ad moysen. quod tempꝰ repñsentat eccl'ia a septuagesima vsqʒ ad pasca. sequitr videre de festiuitatibus que eueniunt infra tempus reconciliationis. quod tẽpus representat ecclesia a pasca vsqʒ ad octauã pentecostes. LII.

De resurrectione cristi

Resurrectio cristi tercia die a passione ipsius facta est ¶ Circa aũt ipam resurrectõem dñicã. vii. p ordinẽ sunt ↄsiderãda. Prio qualr verũ sit ꝙ tribꝰ diebꝰ ⁊ tribus noctibus in sepl'cro iacuit. ⁊ in tercia die resurrexit. Secũdo quare nõ stati vt mortuꝰ est resurrexit sʒ vsqʒ in diẽ terciũ expectauit. Tercõ qualr resurrexit. Quarto quare resurrexionẽ suã accelerauit. nec vsqʒ ad generalem resurrectõe distulit. Quinto ppter quid resurrexit. Sexto q̊tiens appuit resurgẽs. Septio qualr sanctos patres qui erãt in limbo inde eduxit. ⁊ quid ibi egit. ¶ Circa primum notandum ꝙ cristus tribus diebus ⁊ tribus noctibus in sepulcro fuisse dicitur ƀm augustinũ. per sinodochẽ vt prima dies accipiatur ƀm partem sui postremam. secunda dies ƀm se totam ⁊ integram. tercia ƀm partem sui primam. ⁊ sic erunt tres dies. Et quilibet horum dierum suam noctem habuit precedẽtem. Tũc eñ ƀm bedã mutatus est ordo ⁊ cursus dierũ ac noctiũ. Antea eñ dies p̄cedebãt ⁊ noctes sequebãtur. post passionẽ aũt hic ordo mutatus est ita ꝙ noctes p̄cedũt ⁊ dies sequũtur. Et hoc misterio ↄgruit. qm̃ homo primo de die gracie cecidit in noctem culpe. p xp̄i autem passionem

⁊ resurrectionē de nocte culpe redijt ad diem gratie. ¶ Circa secundū sciendū est ꝙ conueniens fuit vt non statim qñ mortuus fuit xp̄s resurgeret. sed vsq₃ in diem terciū expectaret. ꝑpter quinq₃ ratōes. ¶ Prio ꝑpter significatōe₃. vt sc₃ ex hoc significaretur ꝙ lux sue mortis curauit nostrā duplam mortem. ⁊ ideo vna die integra ⁊ duabus noctibus iacuit in sepulcro. vt ꝑ diem intelligatur lux sue mortis: per duas noctes nostra duplex mors. Et hāc rōnem assignat glo. sup̱ illud lu. xxiiij. Oportuit xp̄m pati ⁊c. ¶ Secūdo ꝑpter probatōem. q₂ sicut in ore duorum vel triū testiū stat omne verbum. sic in tribus diebus exp̄itur q̄s omne factum. Et ideo vt mortē bene ꝓbaret ⁊ se ꝓbasse ostenderet: tribus diebus iacere voluit in sepulcro. ¶ Tercio propter sue potestatis ostensionem. q₂ si statim resurrexisset non videret̄ potestatē habere ponendi animā suā sicut resurgendi. Et hec rō videtur tangi. i. corin. xv. sup̱ illo. Quoniā xp̄s mortuꝰ est ⁊c. Ideo inquit de morte p̄mittit̄ vt sicut vera mors ostenditur. ita vera resurrectio ostendatur. ¶ Quarto ꝑpter restaurandoꝝ p̄figuratōem. Hanc rōne₃ assignat petrꝰ rauē. dicens. Tres dies voluit esse sue sepulture. que in celo sunt restauraturus. que in terra reparaturꝰ. que apud inferos redempturꝰ. ¶ Quito ꝑpter triplicis status iustoꝝ rep̄sentatōem. Hanc rōnem assignat gregoriꝰ sup ezech. dicens Sexta feria xp̄s passus est. sabbato quieuit in sepulcro. domico aūt die resurrexit a morte. Presens aūt vita adhuc nobis sexta feria est. q₂ in angustiis ⁊ doloribus cruciamur. Sed sabbato q̄si in sepulcro quiescimꝰ. q₂ requiē aīe post mortē inuenimꝰ. Dominico aūt die a ꝓdicōe. octauo cū corp̄e a morte resurgimꝰ. ⁊ in gl'ia anime etiā cū carne gaudemꝰ. Dolor ergo nos in sexta feria. requies in septima. ⁊ gloria excipit in octaua. Hec grego. ¶ Circa tercium sc₃ qualiter resurrexit. Notandum ꝙ primo surrexit potēter. quia virtute propria. Iohan. x. Potestatem habeo ponendi animam meam ⁊ iterum sumendi eam. Iohan. ii. Soluite templum hoc: ⁊ in tribus diebus excitabo illud. Secūdo feliciter. q₂ deposita omni miseria. Mat. xxvi. Postq̄ aūt resur. p̄. v. i ga. Galilea interp̄tat̄ trāsmigratio. xp̄s ergo qñ surrexit in galileam p̄cessit. quia de miseria ad gloriam: ꝺ corruptione ad incorruptionem transiuit. Leo papa. Post passionem xp̄i ruptis vinculis mortis. infirmitas in virtutem. mortalitas in eternitatem: contumelia transiit in gloriam. Tercio vtiliter quia capta p̄da. Hiere. iiii. Ascendit leo de cubili suo. ⁊ predo gentium se leuauit. Itē Ioh. Cum exaltatus fuero a terra omnia trabam ad meipsum. id est Cum exaltatꝰ fuero a terra animā meā sc₃ educendo de limbo. ⁊ corpꝰ de sepulcro omnia tra. ⁊c. Quarto mirabiliter quia remanente clauso sepulcro Sicut em̄ existente clauso matris vtero exiuit. ⁊ ad discip'los ianuis clausis intrauit. sic nimiꝝ exn̄te clauso sepulcro in̄ exire potuit

Unde legit̃ in hy.sco.φ cuidam monacho sancti laurẽcii extra muros Anno ab incarnatõe dñi millesimo.cxi.mirãti de cingulo suo q̃ accinctus erat.insoluto ꝓiecto ante illũ.vox in aere est facta.Sic potuit cristus clauso exire sepulcro. Quinto veraciter qꝛ in corꝑe vero ꝛ ꝓprio Sex aũt modis se vere resurrexisse ꝓbauit Primo ꝑ angl'm qui nõ mẽtitur. Secundo ꝑ frequentem appitõem.per hec duo ostendit se vere resurrexisse. Tercio per ꝯmestionem.ꝑ quod probauit φ non arte magica. Quarto ꝑ palpatõem.ꝑ quod probauit φ in vero corpore. Quinto ꝑ cicatricum ostensionem.ꝑ quod probauit φ in eodẽ corꝑe in quo mortuus fuit. Sexto ꝑ domus clausis ianuis ingressionem.ꝑ q̃d ostendit φ glorificatus surrexit. He enĩ oẽs dubitatões circa xp̃i resurrectionem videntur fuisse in discipl'is. Sexto surrexit immortal'r.qꝛ nunφ̃ decetero moriturus. Ro.vi. Xp̃s resurgens ex mortuis iam non moritur ꝛc. Dicit tñ dyonisi⁹ in ep̃la ad demophilũ. Xp̃m etiã post ascensionem cuidã sancto viro nomine carpo:dixisse. Paratus sum rursus ꝓ hoĩbus saluandis pati. Per quod videtur si possibile esset adhuc ꝓ hoĩbus mori paratus esset. Retulit enĩ predict⁹ carpus vir mire sanctitatis beato dyonisio.vt in eadem epistola continetur.φ cum quidã infidelium fidelem quendam peruertisset.adeo carpus moleste tulit vt ex hoc infirmitatem incurreret. Tante autem sanctitatis erat. vt nunφ̃ celebraret quin sibi celestis visio inferretur. Sed cum pro vtriusqꝫ conuersione orare deberet.deum tamen quotidie exorabat:vt combustione quadam amborum simul immisericorditer abrumperet vitas. Et ecce circa noctis mediũ dum euigilaret ꝛ hanc orationem faceret subito domus in qua erat in duo diuisa fuit.ꝛ quedam fornax imensa ibidem apparuit. Respiciensqꝫ sursum vidit celum apertum.ꝛ ibidẽ ihesum circũdatum multitudine angeloꝝ. Deinde iuxta fornacẽ predicti duo viri tremuli stare cernuntur:qui a serpentibus de fornace ꝓcedentibus morsibus ꝛ inuolutionibus violenter in fornacẽ trahebãtur.necnon a quibusdam aliis viris inpingebãtur. Hec videns carp⁹ adeo in istoꝝ vindicta delectabat̃: vt supiorẽ quidẽ visionem intueri ꝯtemneret ꝛ in hoꝝ vindictã tot⁹ intentus maneret.ita φ plurimũ moleste ferebat φ in fornacẽ non cito cadebãt. Tandẽ cũ difficulter in celum respexisset ꝛ predictã visionem vt prius vidisset.ecce ihesus hoĩm illoꝝ misertus.ex supercelesti trono surrexit.ꝛ vsqꝫ ad illos cum multitudine angelorum descendens manum extendit.ꝛ ipsos eripuit.dixitqꝫ ihesus carpo.manũ extẽta ꝑcute ꝯtra me.decetero enĩ pat⁹ sum rursus ꝓ hoĩbus saluãdis pati.ꝛ hoc mihi amicũ nõ φ alii peccent hoĩes Hanc aũt visionẽ quã recitat dyonisi⁹ gratia huius verbi posuimus.

¶ Circa quartũ quare non expectauit cũ aliis resurgere. qñ scꝫ fiet generalis resurrectio. Sciẽdũ est φ ꝓpter tres ratões noluit differre

¶ Primo propter corpis dignitatẽ. cũ eni illd corpus esset dignissimũ ex eo ꝙ erat deificatũ siue diuinitati vnitũ. non fuit decens vt tamdiu sub puluere iaceret. Vñ psal'. Nõ dabis scm̃ tuũ. i. corp⁹ scificatũ. i. deificatũ. videre corruptõem Item psal'. Surge dñe in requiem tuã tu et archa sanctificatõis tue. Et vocat̃ archa sanctificatõis corp⁹ illud q̃d fuit ꝯtẽtiuũ diuinitatis. Secũdo ꝑpter fidei firmitatẽ. si eñ tũc nõ surrexisset fides ꝑijsset. nec verꝫ deũ eũ aliq̃s credidisset. q̃d patꝫ ex hoc ꝙ in passiõe excepta beata virgine oẽs fidẽ amiserũt. sꝫ cognita resurrectione ipsam recupauerũt. i. corin. xv. Si xp̃s non resurrexisset vana est fides nostra. ¶ Tercõ ꝑpter nostre resurrectõis exẽplaritatẽ. raro eni inueniretur q̃ resurrectõeꝫ futurã speraret. nisi eã exẽplo p̃cessisse videret. Et ꝑpter hoc dicit apl's. q2 si xp̃s resurrexit ⁊ nos resurgemus. q2 ei⁹ resurrectio est causa exẽplaris nostre resurrectõis. Greg. Exemplo domin⁹ mõstrauit q̃d ꝑmisit in p̃mio. vt sicut oẽs ip̃m resurrexisse fideles ꝯgnoscerẽt. ita in seip̃is in fine mũdi p̃mia resurrectõis sparẽt. idẽ Nõ plus q̃ triduanã esse mortẽ voluit. ne si in illo resurrectõ differret̃ in nobis oĩo desparet̃. Ideo habem⁹ spem resurrectõis nostre ꝯsiderata gl'ia capitis nostri. ¶ Circa q̃ntũ scꝫ ꝑpter quid resurrexit. sciendũꝫ ꝙ ꝑpter q̃tuor magnas vtilitates nostras resurrexit. Est eni ei⁹ resurrectio opans iustificatõem peccatorꝫ docẽs nouitatẽ morꝫ generãs spẽ de receptõe remunerandorꝫ. ⁊ causans resurrectõem oĩm. De p2io ro. iiii. Tradit⁹ est ꝑpter delicta nostra. ⁊ resurrexit ꝑpter iustificatõeꝫ nostrã. De secũdo ro. vi. sicut xp̃s resurrexit a mortuis ꝑ gl'iam patris. ita ⁊ nos in nouitate vite ambulem⁹. De tercõ. i. pe. i. Qui ꝑpter magnam misericordiã suã resuscitauit nos in spem vite ꝑ resurrectõꝫ xp̃i a mortuis. De q̃rto. i. corin. xv. Xp̃s dñs resurrexit a mortuis p̃mitie dormiẽtiũ. qm̃ q̃dẽ ꝑ hoiem mors ⁊ ꝑ hoiem resurrectõ mortuorꝫ ¶ Et notãdũ ꝙ sicut patꝫ ꝑ p̃dicta xp̃s in sua resurrectõe q̃tuor habuit ꝓpa Primũ ẽ ꝙ nostra resurrectõ vsqꝫ in finẽ differtur. sua vero die tercia celebrata est. Secũd q2 nos ꝑ illũ resurgim⁹. ille vero ꝑ se. Vñ ambro. Quo potuit adiutoriũ sui corpis querere suscitãdi q̃ alios suscitauit. Terciũ est q2 nos incineramur. sed corpus eius incinerari non potuit Quartũ est q2 sua resurrectio est nostre resurrectõis causa efficiens exemplaris ⁊ sacramẽtalis. De prima causa glo. sup psal'. Ad vespm demorabit̃ fletus ⁊c. Resurrectio xp̃i est causa efficiẽs resurrectionis aĩe in p̃nti. ⁊ corpis in futuro. De secũda. i. cori. xv. Si xp̃s resurrexit ⁊c. De tercia Ro. vi. Ut quõ xp̃s ⁊c. ·B· ¶ Circa sextũ scꝫ quotiens resurgens apparuerit notandũ est. ꝙ ip̃a die resurrectõis appuit quinqꝫ vicib⁹. ⁊ aliis diebus sequentib⁹ etiã quinqꝫ vicibus. ¶ Prio eni apparuit marie magdalene Johã. xx. Itẽ marci vlt. Surgẽs iesus mane p2ia sabbati appuit p2io marie mag. ⁊c. que tipum gerit penitentium

Voluit autem primo apparere marie magdalene quinqz de causis.
¶ Primo qr ardentius diligebat. Luc. vii. Dimissa sunt ei pec. m. q. di multū. ¶ Secūdo vt ostēderet se mortuū p peccatoribus. Mathei. ix. Non veni vo. iu. sz pec. ¶ Tercio qr meretrices precedūt sapientes in regno cel. Mat. xxi. Amē dico vobis qr meretrices pce. v. in re. dei rc. ¶ Quarto vt sicut mlr fuit nuncia mortis ita esset nūcia vite. fm glo. ¶ Quinto vt vbi abūdauit delictū supabundaret r grā. sicut dr ro. v. ¶ Secūdo appuit mlribus redeūtibus a monumēto. qn dixit eis. Auete. Et accesserūt r tenuerūt pedes eius. Math. vlt. Et tipū gerūt huius quibus dñs apparet. tū rōne sexus. tū rōne affectus. qr tenuerūt pedes eius. ¶ Tercō appuit simoni. sed vbi r qn nescitur. nisi forte qn redibat a monumēto cū iohanne. Potuit eni esse q petrus a iohanne alicubi diuertit r ibi dñs sibi appuit. Lu. vlt. Vel forte qn ad monumētum solus intrauit. sicut dicitur in hy. sco. Vel forte in cauea siue spelunca. Dicitur eni in eadē historia. q qn xpm negauit fugit in caueaz que mō dr gallicātus in qua vt dr p tres dies fleuit. ex eo q xpm negauit. r ibi xps sibi appuit. r eum ɔfortauit. Petrus aūt interptatur obediens: r gerit tipum obedientiū. quibus dominus appet. ¶ Quarto apparuit discipłis in emaus. qd interptatur desideriū ɔsilii. r significat paupes xpi q volūt illud ɔsiliū adimplere. vade r vende oia q habes r da paupibus rc. ¶ Quinto apparuit discipłis ɔgregatis in vnuz. r significat religiosos cū foribus quinqz sensuū clausos. Johā. xx. Hee quinqz appitōes ipa die resurrectōis facte sunt. Et has repsentat sacerdos in missa quinquies se vertēs ad ppłm. sz tercia versio est cū silēcio. qr significat terciā appitōem factā petro q nescit vbi vel qn facta fuerit ¶ Sexto appuit octaua die discipłis ɔgregatis psente thoma q dixerat se nō credere nisi videret. r significat hesitātes in fide. Joh. xx. ¶ Septio discipulis piscātibus Johā. vlt. r significat pdicātes qui sunt pdicatores hoim ¶ Octauo discipłis in mōte thabor Mat. vlt. r significat ɔtēplatiuos. qr in pdicto mōte trāsfiguratus fuit ¶ Nono xi. discipuł recūbentibus in cenaclo. vbi icredulitatē eoz r duriciā cordis exprobrauit. math. vlt. p qs itelligimus peccatores in vndenario trāsgressiōis positos. qs dñs aliqn visitat misericorditer. ¶ Decio r vltio apparuit discipulis existētibus in mōte oliueti. Luce vlti. p qs significatur misericordes r misericordie oleū diligētes. De hoc loco ascēditur in celū. qr pietas ad oia valet pmissiōem habēs rc. i. thi. iiii ¶ E. ¶ Sunt r alie tres appitōes q referūtur in ipa die resurrectōis facte. sed tamē hoc ex textu nō habetur. ¶ Prima q apparuit iacobo iusto. i. iacobo alphei. de qua apparitōe inuenies in legenda ipius iacobi ¶ Alia q ipsa die apparuisse dicitur ioseph. sicut legitur in euan. nicodemi. Naz cum audissent iudei q ioseph corpus ihesu a pilato petisset. et ipsum

in monumento suo posuisset. indignati aduersus eũ. ipm ceperũt. ⁊ in qdam cubiculo diligenter clauso ⁊ sigillato recluserũt. post sabbatum eum occidere volentes. Et ecce ihesus in ipa nocte resurrectõis suspẽsa domo a quatuor angulis ad eũ intrauit. ⁊ faciẽ eius extersit. ⁊ osculum dedit. ⁊ inde saluis sigillis eũ educens in domũ suaȝ in arimathia ipm adduxit. ¶ Tercia qua ante ceteros virgini matri apparuisse creditur. licet hoc ab euangelistis taceatur. Hoc romana ecclesia approbare videtur. que statim ipsa die apud sanctam mariaȝ celebrat statõȝ Si eñ hoc ideo non creditur qꝛ nullus euangelista testatur. consequẽs est vt post resurrectõem nunq̃ sibi apparuerit. quia vbi vel quando nullus euangelista edisserit. Sed absit vt talem matreȝ talis filius tali negligentia dehonorauerit. Sed ideo forsan hoc euangeliste subticuerũt qꝛ eoꝝ fuit officiũ solũmõ resurrectõis testes inducere. matrem auteȝ ad testificandum ꝓ filio inducere eos non decuit. Si eñ verba extrãearum feminaꝝ delirimenta visa sunt. quomõ non magis matrem prõ filii amore crederent delirare. Hoc igitur euãgeliste scribere noluerũt sȝ ꝓ ɔstãti reliquerũt Debuit eñ matrẽ prius letificare de resurrectõe quã amplius ceteris constat doluisse de morte. ne matrem preteread q̃ sic alios consolari festinat. Hoc etiã ambro. testatur in li. iii. de virginibus dicens. Vidit mater resurrectõem dñi. ⁊ prima vidit ⁊ credidit Vidit maria magdalena q̃uis adhuc ipsa nutaret. Sedulius q̃ȝ agẽs de cristi apitione sic dicit. Semper virgo manens huius se visibus astans. Luce palam domin⁹ prius obtulit. bona mater. Grandia diuulgans miracula. que fuit olim. Aduenientis iter. hec fit redeũtis. ⁊ index. ¶ De septimo aũt ⁊ vltimo hic considerando qualiter sanctos patres qui erant in limbo cristus eduxit. ⁊ quid ibi egit euãgeliũ apte non explanauit. Aug⁹. tñ in quodam sermone. ⁊ nicodemus in suo euãgelio aliquaten⁹ hoc ostendũt. Ait eñ sanctus Aug⁹. Mox vt crist⁹ spũm tradidit. vnita sue deitati anima ad inferoꝝ profunda descendit Cumq̃ȝ tenebrarum terminum quasi quidã depredator splendidus ac terribilis attigisset. aspiciẽtes eum impie ac tartaree legiones territe inquirere ceperũt dicentes. Unde est iste tam fortis. tam terribilis. tã splendidus. tam ꝑclarus. Mundus ille qui nobis subditus fuit. nũq̃ nobis talẽ mortuũ misit. nunq̃ inferis talia munera destinauit. Quis est ergo iste qui sic intrepidus nostros fines ingredit̃. ⁊ nõ solũ nostra supplicia non veret̃. vex etiã alios de nostris vinculis absoluit. Ecce ipi q̃ sub nostris solebãt suspirare tormẽtis insultãt nobis de ꝑceptiõe salutis. ⁊ non solũ iam nihil verent̃. sȝ insup nobis minãtur. Nũq̃ hic sic mortui supbierũt. nec aliqñ sic potuerunt leti esse captiui. Et quid huc istũ adducere voluistis. O priceps noster periit: omnis letitia tua in luctũ conuersa sunt gaudia tua. dum tu cristum suspendis in ligno.

Quo pres sancti liberauit, re infernis.

ignoras q̄ta damna sustineas in inferno. Post istas crudeliū voces in fernaliū. ad impium dn̄i omnes ferrei cōfracti sunt vectes. Et ecce in numerabiles sanctoꝝ populi ei⁹ genibus ꝓuoluti lacrimabili voce di cebāt. Aduenisti desiderabilis redemptor mūdi. aduenisti q̄ʒ desiderā tes q̄tidie expectabamus. Descēdisti ꝓ nobis ad inferos. noli nobis de esse cū reuersus fueris ad supos. Ascende dn̄e ihesu inferno expoliato ⁊ autore mortis suis vinculis irretito. redde iaʒ letitiā mūdo. succurre inquiūt. iam seuas extingue penas. ⁊ miserādo resolue captiuos. dum hic es absolue reos. dum ascenderis defende tuos. Hec aug⁹. In euan gelio aūt nicodemi legit̄. ꝙ carinus ⁊ leucius filii simeonis senis cum xp̄o resurrexerūt. ⁊ anne ⁊ cayphe ⁊ nicodemo ⁊ ioseph ⁊ gamelieli ap paruerūt. ⁊ ab eis adiurati que cristus apud inferos gessit narrauerūt dicentes. Cū essemus cū omnibus patribus nostris patriarchis in ca ligine tenebraꝝ. subito factus est aureus solis color purpureusqʒ. ⁊ re galis lux illustrans sup nos. Statimqʒ adaʒ humani generis pater ex ultauit. dicens. Lux ista est autoris luminis sempiterni. qui nobis ꝓmi sit mittere lumen coeternū suum. Et exclamauit esayas dicēs. Hec est lux patris. filius dei. sicut ꝑdixi cū essem viuus in terris. Populus q̄ ābulabat in tenebris vidit lucē magnā. Tunc supuenit genitor noster symeon. ⁊ exultans dixit. Glorificate dn̄m. q2 ego cristū infantē natuʒ in manibus suscepi in templo. ⁊ ꝯpulsus spūsancto dixi. Nunc viderūt oculi mei salutare tuū. q̄d pasti ⁊c. Post hoc supuenit quidam heremi cultor. ⁊ interrogatus a nobis quis esset. dixit. Ego sum iohannes qui xp̄m baptizaui ⁊ an̄ faciē eius viā parare ꝑiui. ⁊ ip̄m ostendi digito di cens. Ecce agn⁹ dei ⁊c. Et descendi nūciare vobis. q2 in ꝓximo est xp̄ʒ visitare vos. Tunc seth dixit. Cum iuissem ad portas paradisi rogare dn̄m. vt trāsmitteret mihi angl'm suū. vt daret mihi de oleo misericor die. vt inungerē corpus patris mei ade cum esset infirm⁹. appuit mihi a bel angel⁹ dei dicens. Noli laborare lacrimis orando ꝓpter oleū ligni misericordie. q2 nullo mō poteris d̄ illo accipe. nisi qn̄ ꝯpleti fuerint q̄n quemilia ducenti anni. Hec audientes oēs patriarche ⁊ ꝓphete. exul tauerūt magna exultatōe. Tunc sathan princeps ⁊ dux mortis dixit ad infernū. prepa te suscipe ihesū q̄ se gl'iat̄ xp̄m filiū dei esse ⁊ hō est ti mens mortē dicēs. Tristis est aīa mea vsqʒ ad mortē ⁊c. Et multos q̄s feci curuos sanauit. ⁊ claudos erexit. Respōdēs infernus dixit. Si po tēns es tu. q̄lis est ille hō iesus q̄ timens mortē potētie tue aduersatur Nā si dicit se timere mortē cape te vult. ⁊ ve tibi erit in sempiterna se cula. Cui sathan. Ego illū temptaui. ⁊ ppl'm aduersū illū excitaui. iam lanceam exacui. fel ⁊ acetum miscui. lignum crucis ꝑparaui. in ꝓximo est mors eius vt ꝑducam eū ad te. Cui infern⁹. Ipse ne est qui suscita uit lazaꝝ quem tenebā. Cui sathan. Ipse est. Cui infernus. Cōiuro te

p virtutes tuas ꝛ meas ne pducas eū ad me. Ego em̄ cū audiui impi
um verbi eius contremui. nec ip̄m lazaꝝ ꝯtinere potui. ſ3 excutiens ſe
vt aquila ſup omnē agilitatē ſaliens exiuit a nobis. Et cū hec loqueret
facta eſt vox vt tonitruū dicens. Tollite portas principes veſtras ꝛ e
leuamini porte eternales. ꝛ introibit rex glīe. Ad hāc vocē concurrerūt
demones. ꝛ hoſtia enea cū vectibus ferreis clauſerūt Tūc dixit dauid
Nōne ego pphetaui dicēs. Cōfiteātur dn̄o ꝛc. qꝛ cōtriuit portas ere
as ꝛc. Facta eſt iteꝝ vox magna dicēs Tollite por. prin. ꝛc. Uidēs in
fern⁹ ꝙ duab⁹ vicibus clamauerat. q̄ſi ignorās dixit. Quis eſt iſte rex
glīe Cui dauid. dn̄s fortis ꝛ potens. dn̄s potēs in p̄lio. ipſe eſt rex glīe
Tūc rex glīe ſupuenit: ꝛ eternas tenebras illuſtrauit. Et extēdēs dn̄s
manū: ꝛ tenens dexteraꝫ ade dixit. Pax tibi cū oībus filiis tuis iuſtis
meis. Et aſcendit dn̄s ab inferis. ꝛ oēs ſancti ſunt eū ſecuti. Dn̄s aūt
tenēs manū ade: tradidit michaeli archanglo. ꝛ introduxit eoſ in padi
ſum. Quib⁹ occurrerūt duo viri vetuſti dieꝝ: ꝛ interrogati ſunt a ſctis
Qui eſtis vos q̄ nobiſcū in infernis mortui nōdum fuiſtis. ꝛ in padiſo
corpe collocati eſtis. Et rn̄dit vn⁹ ex eis. Ego ſum enoch q̄ huc trāſla-
tus ſum. Hic aūt eſt helias q̄ huc curru igneo aſſumptus eſt. ꝛ adhuc
mortē non guſtauim⁹. ſ3 vſq3 in aduentū anticriſti reſeruati ſum⁹ cum
eo pliaturi. ꝛ ab eo occidendi. ꝛ poſt triduū ꝛ dimi diū diē in nubibus
aſſumendi. Et cū hec diceret: ecce ſupuenit alius vir: portās in hūeris
crucis ſignū. Qui interrogatus quis eſſ3: dixit. Ego latro fui: ꝛ cū ieſu
crucifixus fui. ꝛ credidi ip̄m eē creatorē. ꝛ oraui dicens. Memor eſto
mei dn̄e qn̄ veneris in regnū tuum. Tunc dixit mihi. Amen dico tibi.
Hodie mecū eris in paradiſo. Et dedit mihi iſtud crucis ſignū. dicens
Hoc portans ambula in padiſum Et ſi non dimiſerit te ingredi anglꝰs
cuſtos paradiſi. oſtende illi ſignū crucis: ꝛ dices ad illū. Quia xp̄s qui
nūc crucifixus eſt tranſmiſit me. Et cum hoc feciſſem: ꝛ dixiſſem ange
lo. ſtatim aperiens introduxit me. ꝛ ad dexteraꝫ paradiſi collocauit me
Cū hec carinus ꝛ leucius locuti fuiſſent ſubito tranſfigurati ſunt: et
amplius viſi non ſunt. ¶ Grego. q̄3 nicenus. vel ſm quoſdam libros
aug⁹. de hoc eodem ſic ait. Confeſtim eterna nox inferoꝝ xp̄o deſcen
dente reſplenduit. mox ferruginei ianitores talia inter ſe vmbroſa ſilē
cia metu incumbente ſubmurmurāt. Quis nam eſt iſte terribilis: ꝛ ni-
mio ſplendore coruſcus. Nunꝗ talem noſter excepit tartarus. Nunꝗ
in noſtram cauernā talem euomuit mundus. Inuaſor eſt iſte: non debi
tor: effractor eſt ꝛ deſtructor non peccator: ſed predator. iudicē videm⁹
non ſupplicem. venit pugnare: non ſuccumbere. eripere: non manere.

De ſancto ſecundo martire

Ecūdꝰ dr q̄ſi ſe ꝯdens.i.ſe hōeſtate moꝝ ꝑponēs. Vel ſecūdꝰ dr q̄ſi ſecūdās.i.obſecūdās.i.mādatis dn̄i obtpās Vel ſecūdꝰ quaſi ſecū dux. fuit eñ ſuꝰ dux. qꝛ rōne ſenſualitati bene ꝑfuit. ⁊ ipām ad oīe opꝰ bonū ꝑduxit. Vel ſecūdꝰ dicit᷑ reſpectu primi. Due eñ ſunt vie eūdi ad vitā. Prima ꝑ pnīe lamtū Secūda ꝑ martiriū. Iſte aūt martir ꝑcioſus nō ſolū iuit ꝑ primā. ſ3 etiā ꝑ ſecūdā

Ecūdus miles ſtrenuus: ⁊ athleta xp̄i. egregius martir. Ac q3 dn̄i glorioſus. in ciuitate aſtenſi martirio coronatus eſt. cuius gl'ioſa pn̄tia ꝑdicta ciuitas illuſtratur. ⁊ eo velut ſingl'ari patrono letatur. Hic a beato colocero: qui a ſambricio ꝑfecto in ciuitate aſtenſi in carcere tenebatur. fidē xp̄i edoctus eſt. Cū igitur beatus marcianꝰ in terdonenſi ciuitate detineretur in carcere. ſambriciꝰ illuc ꝓficiſci voluit: vt eū faceret imolare. Secūdus aūt tāq̄ cā ſolatii ſecū eſt ꝓfectus: beatū marcianū videre deſiderās. Cū ergo extra ciuitatē aſtenſem fuiſſent. colūba ſuꝑ ſecūdum deſcendit. ⁊ capiti eiꝰ inſedit. cui dixit ſambriciꝰ. Vide ſecūde: q̄ dii noſtri te amāt. vt etiā aues celeſtes ad te viſitandū trāſmittant. Cū aūt ad tanagꝝ fluuiū perueniſſent: vidit ſecundus angl'm dn̄i ſuꝑ aquā ambulantē: ⁊ ſibi dicentem. Secunde fidē habeas. ⁊ ſic ſuꝑ ydoloꝝ cultores ambulabis. Cui ſambricius Frater ſecūde deos audio ad te loquētes. Cui ſecundꝰ ambulemus ad deſideria cordis noſtri. Cum vero ad burimā flumē ꝑueniſſent: angl's ſil'r ibidem ſibi apparuit. eiq3 dixit. Secūde credis in deū: an forte dubitas. Cui ſecundus. Credo veritatē paſſionis ⁊ reſurrectōis eius. cui ſambricius. Quid eſt quod audio de te. Cum aūt terdonā ingrederet᷑ marcianus ad ꝑceptum angeli de carcere exiens: ſecundo apparuit. ei q3 dixit. Intra ſecunde viam veritatis. ⁊ perge vt accipias palmam fidei. Sambricius dixit. Quis eſt hic qui nobis quaſi ſomnians loquitur. Cui ſecundus. Tibi ſomniū. ſed mihi ammonitio ⁊ cōfortatio eſt. Poſt hoc ſecūdus mediolanum iuit. ⁊ fauſtinū ⁊ ionitā qui in carcere detinebantur. angl's dn̄i ad ſe extra ciuitatē adduxit. Et ab eis baptiſma quadā nube aquā ꝑbente ſuſcepit. Et ecce ſubito columba de celo venit. ⁊ corpus ⁊ ſanguinē dn̄i deferens: ea fauſtino ⁊ ionite tribuit. Dedit aūt fauſtinus corpus ⁊ ſanguinē dn̄i ſecundo vt ad marcianu3 deferret. Rediens igitur ſecundus cū iam nox eſſet: ⁊ ad ripā padi veniſſet angelus dn̄i frenū accipiēs equi: ſuꝑ padū ip̄m trāſuexit. ⁊ vſq3 terdonā in carcerē ad marcianu3 eum introduxit. Deditq3 ſecundus marciano munus fauſtini. ⁊ ipſe illud ſumēs dixit. Corpus ⁊ ſanguis dn̄i mecū ſit in vitā eternā. Tūc ad mandatū angl'i ſecundꝰ de carcere exiuit. ⁊ ad ſuū hoſpitiū iuit. Poſt hoc marcianus capitalem ſentētiā accepit. ⁊ ſecundus corpus eius rapiens: ſepeliuit. Quod audiēs ſambricius ip̄m ad ſe vocauit. eiq3 dixit. Quantu3 video xp̄ianum te eſſe

profiteris. Cui secund⁹. Vere cristianū ꝓfiteor me esse. Cui sambrici⁹ Quantū video malā mortem desideras. Cui secundus. Illa tibi poti⁹ debet. Cumqꝫ sacrificare nollet. iussit eū expoliari. Statimqꝫ angelus dñi affuit. ⁊ vestem sibi parauit Tūc sambricius eū in eculeū suspensū tam diu torqueri fecit. donec eius brachia suis cōpaginibus soluerent Sed cū fuisset sanitati pristine a dño restitutus. iussit eum in carcerē reduci. Ubi dū esset angelus dñi ad eum venit. eiqꝫ dixit. Surge secū de sequere me. ⁊ ducaꝫ te ad creatorem tuum. Tunc ipm vsqꝫ in ciuitatem astensem ꝑduxit. ⁊ eum in custodia vbi erat colocerus ⁊ saluator cū eo: posuit. Quē videns secūd⁹: ad ei⁹ pedes se ꝓiecit. Cui saluator. Noli timere secūde: qꝛ ego sum dñs deus tuus q̄ te de oībus malis eripiā. Bñdicensqꝫ eis ascendit in celū. Mane igit̄ sambrici⁹ ad carcerē misit. Qui carcerē qdeꝫ signatū inuenerūt. secundū vero nō inuenerūt. Pergēs aūt sambrici⁹ de terdona ad ciuitatē astenseꝫ: vt saltē coloceꝝ puniret. iussit vt ꝑdict⁹ colocer⁹ sibi pñtaretur. Et ecce nūciauerūt sibi ꝙ secūd⁹ cū colocero esset. Quo audito eos ad se adduci fecit. eisqꝫ dixit. Qm̄ dii nostri sciūt vos esse ꝯtemptores suos. vos insimul mori volūt Cū aūt sacrificare nollēt. picem cū resina liq̄fieri fecit. ⁊ sup eoꝝ capita fundi. ⁊ in ora eoꝝ iactari. Illi aūt hoc tanq̄ aquā suauissimā cuꝫ magno desiderio bibebāt. ⁊ voce clara dicebāt. q̄ dulcia faucib⁹ meis eloquia tua dñe. Tūc sambricius sup eos dedit sñiam: vt secund⁹ in ciuitate astensi decollaretur. colocer⁹ vero albiganū mitteretur. ⁊ ibideꝫ puniretur. Cū aūt beatus secundus decollatus fuissꝫ. Ecce angeli dñi corpus eius tulerūt. ⁊ ipm cū multis laudibus ⁊ cantu sepulture dederunt. Passus est autem. iii. kaleñ. aprilis.

LIIII

De sancta maria egiptiaca

Maria egiptiaca q̄ peccatrix appellatur. xlvii. annis in heremo artissimā vitā duxit. quā circa annos dñi. cclxx. tpe claudii intrauit. Quidā aūt abbas noīe zozimas: dū iordanē trāsissꝫ: ⁊ heremū magnū ꝑcurreret. si forte aliquē sctm̄ prēm inueniret. vidit quādā ambulantē nudo: nigroqꝫ corpe. ⁊ ex incendio solis exusto. Hec aūt erat maria egiptiaca. statiqꝫ hec fugā arripuit. ⁊ zozimas p⁹ eā veloci⁹ currere cepit. Tūc ait illa. Abba zozima: q̄d me ꝑseq̄ris Ignosce mihi. nō possū faciē meā ad te ꝯuertere. eo ꝙ mlr̄ sim: ⁊ nuda. ſꝫ palliū tuū mihi porrige. vt possim sine verecūdia te videre. Qui se nominari audiēs: stupefact⁹ palliū tribuit. ⁊ in terrā ꝓstrat⁹: vt se bñdiceret: rogauit. Cui illa. A te pater benedictio magis spectat. quē sacerdocii dignitas ornat. Ille vt audiuit ꝙ nomē ⁊ offm̄ ei⁹ sciret: amplius mirabatur. ⁊ se bñdici obnixi⁹ ꝑcabatur. Tūc illa bñdict⁹ deus redemptor aīaꝝ nr̄aꝝ. Cūqꝫ illa extensis manibus oraret. vidit eā q̄si vnius

cubiti mensura eleuari a terra. Tunc senex dubitare cepit: ne forte spūs esset ⁊ fingendo orōem faceret. Cui illa. Satisfaciat tibi deus q̄ me peccatricē mlr̄em imundū spūm existimasti. Tunc zozimas illā per dn̄m ɔiurauit vt cōdicōem suā ei narrare deberet. cui illa. Ignosce mi bi pater. q2 si tibi statū meum narrauero. velut a serpēte territ⁹ fugies ⁊ aures tue a sermōibus meis cōtaminabūtur. ⁊ aer a sordib⁹ polluet. Cūq3 ille vehemēter instaret. dixit. Ego frater in egipto nata sum du odecimo etatis mee anno alexandriā veni. ibiq3. xvii. annis publice li bidini me subieci. ⁊ nlli vllaten⁹ me negaui. Cū aūt hoīes regiōis illi⁹ p adorāda sancta cruce hierosolimā ascenderēt. rogaui nautas vt me secū dimitterēt pficisci. Cum vero me de naulo requirerent dixi. Non habeo fratres aliud naulū. s3 p naulo corp⁹ habeatis meū. Sicq3 sum pserūt me ⁊ corpus meū nauli grā habuerūt. Cū aūt hierosolimā p/ uenissem. ⁊ p adorāda cruce vsq3 ad fores eccl'ie cū aliis deuenissem subito ⁊ inuisibl'r repulsam patior. nec intus itrare pmittor. Iterū aūt atq3 iterū pueni vsq3 ad limē ianue. ⁊ subito iniuriā patiebar repulse. cū tn̄ oēs liberū hērent aditū. nec aliq̄d inuenirēt impedimentū. Rediens igitur ad me ⁊ cogitās q hoc mihi ob scelerū meorū imanitatē ac cideret. pectus meum cepi manibus tūdere. lacrimas amarissimas fū/ dere. ⁊ a cordis intimo grauiter suspirare. Respiciensq3 vidi ibi ima ginē beate virgīs marie. Tunc ipam lacrimabl'r exorare cepi. vt pec/ catorū meorū veniā impetraret. ⁊ ad adorādū crucē sanctā me intrare pmitteret. pmittens me seculo abrenūciaturā. ⁊ decetero castā māsu ram. Cūq3 hoc orassem. ⁊ i noīe btē virginis fiduciā recepissem. fores iterū eccl'ie adii. ⁊ sine aliquo impedimēto eccl'iam intraui. Cū aūt san/ ctam crucē deuotissime adorassem. quidā mihi tres numos tribuit: de quibus tres panes emi. Audiuiq3 vocē dicentē mihi. Si iordanē trāsi eris salua eris. Iordanē igit̄ transiui. ⁊ in hoc desertū veni. vbi. xlvii. annis nullū penitus hoīem vidēs: mansi. Illi aūt tres panes q̄s mecū detuli instar lapidis p tpa durauerūt. ⁊. xlvii. annis mihi ex his come dendo suffecerūt. Vestimēta aūt mea iā dudū putrefacta sunt. Xvii. primis annis in hoc deserto a tēptatōibus carnalibus molestata fui. Sed nūc p dei grām oēs vici. Ecce oīa opa mea tibi narraui. ⁊ rogo vt p me ad deū preces fūdas. Tunc senex ad terrā pstratus: in famla sua dn̄m bn̄dixit. Cui illa. Obsecro te vt in die dn̄ice cene ad iordanē3 redeas: ⁊ corpus dn̄icum tecū feras. Ego aūt ibidē tibi occurra3. ⁊ de manu tua corpus sacrū suscipiā. Nam a die q̄ huc veni ɔmunionē dn̄i nō accepi. Rediēs igit̄ senex ad monasteriū: euoluto anno: dū dies ce ne appinq̄ret. tulit corpus dn̄icum. ⁊ vsq3 ad ripā iordani veniens ex alia ripa mlr̄em stātē pspexit. Que sup aquas facto crucis signaculo iuit. ⁊ ad senē vsq3 puenit. Quā vidēs senex obstupuit. ⁊ ad pedes ei⁹

bumilr se pstrauit. Cui illa. Uide ne feceris:cum sacramenta dñica penes te habeas:et sacerdotii dignitate refulgeas. Sed obsecro vt se quēti anno ad me pater redire digneris. Tūc illa fcō signo crucis sup iordanis aquas iuit. et heremi solitudinē petiuit. Senex vero ad suum mōasteriū rediēs. seqñti anno ad locū in quo primo secū locut⁹ fuerat venit. et eā ibidē expirasse repit. Qui lacrimari cepit. et ipam tangere nō psumpsit. Dixitq₃ intra se Ego quidē corpusculū sancte sepelire volebā. s₃ timeo ne hoc sibi displiceat Hec eo cogitāte. vidit iuxta caput suū literas in terra descriptas ita ptinētes. Sepeli zozima marie corpusculū. redde terre puluerē suū. et ora p me ad dñm. ad c⁹ pceptū secūda die aprilis reliqui hoc sclm. Tūc senex p certo cognouit q mox vt dñi sacra accepit. et ad desertum rediit:vitā finiuit. Illudq₃ desertū qd zozimas p. xxx. diex spaciū vix ambulauit. illa in vna hora pcurrit. et ad deū migrauit. Cūq₃ senex terrā foderet:s₃ nequiret. vidit leonē ad se venientē māsuete. dixitq₃ illi. Sancta hec mlr pcepit sepeliri corp⁹ suū. et ego cū sim senex fodere nō possum. nec etiā aptū habeo ferramētum. Tu ergo terrā fode vt possum⁹ ei⁹ corpus sanctissimum sepelire. Tūc leo cepit fodere:et aptā foueā pparauit. quo pacto leo vt agn⁹ māsuet⁹ abiit. et senex ad suū mōasteriū glorificās deū venit.

De sancto ambrosio

Ambrosi⁹ dr de ambra. que est spēs valde redolens et preciosa. Ipse eñ eccle valde pciosus extitit. et in dictis et in factis suis valde redoluit Uel dr ambrosius ab ambra et syos qd ē de⁹ qsi ambra dei. De⁹ nanq₃ p eū quasi p ambrā vbiq₃ redolet. fuit eñ et est bonus odor xpi in omni loco. Uel dr ab ambor quod est pater luminis. et sior quod est puulus. qr pater in multox filiox spūali generatōe Luminosus in sacre scripture expositōe. et puulus in sua humili cōuersatōe. Uel sicut dr in glosario:ambrosius odor vel sapor xpi celestis. ambrosia esca angelox. ambrosium celeste. mellis fauus. Fuit eñ celestis odor per odoriferam famā. sapor p cōtemplatōem internā. celeste mellis fauū:p dulcē scripturax expositōz. esca angelica p gloriosā fruitōem. Eius vitā scripsit paulin⁹ nolan⁹ eps ad augustinum.

Ambrosi⁹:ābrosii fili⁹ pfecti rome cū in cunabul' in atrio ptorii esset positus et dormiret. examē apū subito veniēs faciē eius et os ita cōpleuit. vt qsi in alueolū suū intrarent pariter et exirent. Que postea euolantes in tantā aeris altitudinē subleuate sunt. vt humanis oculis minime viderentur. Quo peracto territus pater ait. Si vixerit infantulus iste:aliquid magni erit. Postea cū adoleuisset et vidret matrez et sororem sacram virginē manus sacerdotib⁹ osculari. ipse ludens sorori dextram offerebat. asserens et sibi id ab ea fieri optere

Illa vero vt adolescẽtẽ ꝛ nescientẽ q̄d diceret respuebat. Rome igitur literis eruditus: cũ causas ꝑtorii splendide peroraret a valẽtiniano ip̄a tore: ad regendũ liguriã emiliãq₃ ꝓuincias directus est. Cũq₃ mediolanũ venisset. ꝛ ibidem ep̄s tũc deesset. conuenit pp̄ls vt sibi de ep̄o ꝓuideret. Sed cũ inter arrianos ꝛ catholicos de eligẽdo ep̄o seditio nõ modica oriretur. illuc ambrosius cã sedãde seditõis perrexit. ꝛ statim vox infantis insonuit dicens ambrosiũ ep̄m. Cui⁹ voci oẽs vnanimes consenserũt. ambrosiũ ep̄m acclamãtes. Quo ille cognito. vt eos a se terroribus remoueret eccl'iam exiens tribunal cõscendit. ꝛ cõtra ꝯsuetudinem suã tormenta ꝑsonis adhiberi iussit. Quod cũ faceret popul⁹ nihilomin⁹ acclamabat. Peccatum tuũ sup̄ nos. Tunc ille turbatus: domũ rediit. ꝛ philosophiã ꝓfiteri voluit. quod vt ne faceret reuocat⁹ est. Publicas ml'res publice ad se ingredi fecit. vt his visis ab ei⁹ electione ppl'm reuocaret Sed cum nec sic ꝓficeret. sed semp̄ ppl'm peccatum tuũ sup̄ nos acclamere videret. fugam media nocte petiit. Cũq₃ ticinũ pergere se putaret: mane ad portã ciuitatis mediolanensis que romana dicit̄: inuenitur. Qui inuentus: cũ custodiretur a pp̄lo: missa ẽ relatio ad clementissimũ imp̄atorẽ valentinianũ. Qui summo gaudio accepit. ꝙ iudices a se directi ad sacerdotium peterẽtur. Letabat̄ eni₃ probus ꝑfectus ꝙ verbũ suũ fuerat in eo adimpletũ. Dixerat eñ cũ ꝓficiscenti mandata donaret. Uade age non vt iudex: sed vt episcopus Pendente relatione: iteꝝ abscõditur. sed inuent⁹: cũ adhuc esset cathecumin⁹ baptizat̄. ꝛ octauo die in ep̄alem cathedrã sublimatur Cũ aũt post annos quatuor romã iuisset. ꝛ soror sua sacra virgo eius dexterã oscularetur: subridẽs ait. Ecce vt dicebam tibi. sacerdotis manũ oscularis ¶ Cum aũt in quandã ciuitatem ꝓ quodam ep̄o ordinando iuisset. ꝛ eius electõe iustina imp̄atrix: ꝛ alii heretici cõtradicerent: volentes vt aliquis de sua secta ordinaretur. vna de arrianoꝝ virginib⁹ impudentior ceteris. tribunal conscendit. ꝛ beatũ ambrosiũ ꝑ vestimẽtum apprehendit. volens ip̄m ad partem mulieꝝ trahere. vt ab eis cesus de ecclesia cũ iniuria pelleretur. Cui ambrosius ait. Et si ego indignus sum tanto sacerdotio. tibi tñ non conuenit in qualemcũq₃ sacerdotem manus iniicere. Unde timere debuisti iudiciũ dei. ne tibi aliq̄d contingat. quod dictum exitus confirmauit Nam die alio mortuã ad sepulcrum vsq₃ deduxit. grãm ꝓ cõtumelia rependẽs. q̄d factũ oẽs perterruit. ¶ Post hoc mediolanũ reuersus: innumeras insidias a iustina imp̄atrice ꝑtulit. muneribus ꝛ honoribus aduersus eũ populos excitãte. Cũ ergo multi eum in exilium pellere niterentur. vnus eoꝝ ceteris infelicior in tantũ furorẽ excitatus est: vt iuxta eccl'ia₃ domũ sibi locaret: ac in ea quadrigã paratã haberet. qua ꝓcurãte iustina facili⁹ raptum ad exiliũ deportaret S₃ dei iudicio ipso die q̄ eũ rap̄e arbitrabat̄

in eadē q̄driga de eadē domo in exiliū pulsus est. cui tn̄ ambro. reddēs bona pro malis sumptus et necessaria ministrauit. Cantus et offm̄ i ecclesia mediolanēsi primū celebrare instituit. ¶ Erant et tūc tp̄is mediolani multi a demōibus obsessi qui se torqueri ab ambrosio magnis vocibus clamabant. Iustina aūt et multi arrianoꝝ cū simul habitarēt dicebāt ambrosiū pecunia homines cōpare: qui se ab imundis spiritib⁹ vexari mentirentur. et ab ambrosio dicerent se torqueri. Tunc subito vn⁹ ex illis arrianis qui astabāt: arreptus a demonio in mediū ꝓsiliit: atq₃ clamare cepit. vtinā sic torquerētur vt torqueo qui nō credūt ambrosio. At illi confusi in piscinā dimersū hoīem necauerūt. ¶ Quidam hereticus acerrim⁹ disputator et durus: et incōuertibilis ad fidem: cū audiret ambrosiū predicantē: vidit angl'm ad aures ei⁹ loquētē verba que ppl'o p̄dicabat. quo viso fidem quā ꝑsequebatur cepit defendere. ¶ Quidā aruspex demones aduocabat. et ipsos ad nocendum ambrosio trāsmittebat. Sed reuersi demones renūciabant. ꝙ non solū ad ipm̄ s₃ nec etiā ad fores domus sue appinquare valebāt. qm̄ ignis insupabilis om̄e illud edificiū cōmuniret. vt etiā lōge positi vrerētur. Predictus vero aruspex cū a iudice ꝓpter quedā maleficia torq̄retur clamabat ampli⁹ ab ambrosio se torq̄ri. ¶ Quendā demoniacū mediolanū ingredientē demō dimisit: egrediētē inuasit. Interrogat⁹ de hoc demō. ait ambrosiū se timuisse. ¶ Ali⁹ quidā nocte ei⁹ cubiculū adiit: vt gladio ipm̄ necaret: p̄ce ac p̄cio a iustina inductus. Sed cū dextra gladiū eleuasset vt ipm̄ ꝑcutteret: cōtinuo aruit manus ei⁹. ¶ Cum viri thesalonice ciuitatis impatori aliquid deliquissent. et eis impator precibus bt̄i ambrosii indulsisset. clam agente curialiū malicia ꝑ iussū impatoris nesciente ambrosio plurimi sūt occisi. quod vt ambrosi⁹ cōparit: impatori copiā intrādi ecc̄iam denegauit. Cui cū ipator diceret ꝙ dauid adulteriū et homicidiū cōmisissꝫ. rn̄dit. qui secutus es errātē sequere corrigentē. quod cū audisset clemētissim⁹ impator ita gratanter suscepit ꝙ purā pn̄iam agere nō negauit. ¶ Quidā a demōio arrept⁹ clamare cepit ab ambrosio se torqueri. Cui ambrosi⁹. Obmutesce dyabole. q₂ nō te torquet ambrosi⁹: s₃ tua inuidia. q₂ illuc hoīes ascendere cōspicis. vn̄ tu turpiter corruisti. nā ābrosi⁹ nescit inflari. At ille stati obmutuit. ¶ Quadā vice cū beat⁹ ambro. ꝑ ciuitatē ꝑgeret casu q̄dā lapsus est. et in terra ꝓstratus iacebat. q̄d videns alter: ridere cepit. Cui ambro. Et tu q̄ stas vide ne cadas. q̄ dicto statim lapsū suū doluit q̄ riserat alienū. ¶ Quadā etiā vice ambro. ad palaciū macedonii magistri offōꝝ. vt ꝑ q̄dā intercederet venit. Sed cū fores clausas inuenisset. nec intrādi copiā hr̄e potuisset: ait. Et tu q̄de₃ venies ad eccl'a₃ et n̄ clausis ianuis s₃ apertis intrare nō valebis. Elapso aliq̄ tp̄e metuēs inimicos macedoni⁹ ad ecc̄iam fugit. et patētibus ianuis aditū repire non

potuit. ¶ Fuit etiã tãte abstinentie q quotidie nisi in sabbato ꝛ die
dñico ꝛ festis pcipuis ieiunabat. Tãte etiã largitatis erat q oia que
hre poterat ecclijs ꝛ paupibꝰ nil sibi retinẽs tribuebat. Tãte ꝯpassiõis
vt cũ aliqs lapsum suũ ꝯfitebat. sic amarissime flebat. q illũ sil' flere
ꝯpellebat. Tãte hũilitatis ac laboris. vt libros qs dictabat ppria manu
scriberet. nisi cũ infirmitate corpis grauaret. Tante aũt pietatis et
dulcedis. vt cũ aliqꝰ sancti sacerdotis vel epi sibi obitus nũciaret. sic
amarissime flebat vt vix cõsolari valeret. Cũ aũt interrogaret cur vi
ros sanctos q ad gl'iam pficiscebãtur sic fleret: aiebat Ne putetis me
flere q recesserint. s; qꝛ me pcesserint. ꝛ qꝛ difficile inuenit q tã dignꝰ
eiꝰ offo habeatur. Tãte etiã cõstãtie ꝛ fortitudis q impatoris vel pri
cipũ vicia nõ palpabat. s; eos voce libera cõstãtissime arguebat.
¶ Cũ quidã vir qddã flagicium ppetrasset. ꝛ corã eo adductꝰ fuisset di
xit ambrosiꝰ: optet illum tradi sathane in interitũ carnis: ne talia dein
ceps audeat ppetrare. quẽ eodẽ momẽto cũ adhuc sermo esset in ore eiꝰ
imũdus spũs discerpe cepit. ¶ Quadã vice vt aũt cũ beatꝰ ambrosius
romã pgeret. ꝛ in quadã villa tuscie apud quẽdã hoiem nimiũ locuple
tẽ hospitatꝰ fuisset. illũ hoiem sup statu suo solicite requisiuit. Cui ille
rñdit. statꝰ meꝰ dñe sp felix extitit ꝛ gl'iosus. Ecce eñi diuitijs infinitis
abũdo. seruos ꝛ famulos q pl'es habeo. copiosã filiorum ꝛ nepotũ turbã
possideo. ꝛ oia sp ad vota habui: nec vnq mihi aliqd aduersũ accidit.
vel qd ꝯtristaret euenit. Quo audiẽs ambro. vehemẽter obstupuit. ꝛ his q
erãt secũ in comitatu dixit. surgite ꝛ hic q tocius fugiamꝰ. qꝛ dñs ñ est
in loco isto. Festinate filij festinate: nec in fugiẽdo morã facite: ne nos
hic diuina vltio apphẽdat. ꝛ in pctis illorum pariter nos inuoluat. Cũ ergo
fugerẽt ꝛ aliquãtulũ pcessissent. subito se terra apuit. ꝛ hoiem illũ cum
vniuersis q ad illũ ptinebãt ita absorbuit: vt nll'm iñ vestigiũ remane
ret. Quo cernẽs ambro. dixit. ecce fres q misicorditer deꝰ parcit cũ hic
aduersa tribuit. ꝛ q seuere irascit cũ sp pspa elargit. In eodẽ aũt loco
fouea qdã pfũdissima remãsisse dr. q vsq; hodie in hꝰ fci testimoniũ p
seuerat. ¶ Cũ aũt sanctꝰ ambro. radicẽ oim malorum auariciã magis
ac magis in hoibus crescere cerneret. ꝛ maxie in his q erãt in ptatibꝰ
ꝯstituti. apud qs oia pcio vẽdebãtur. necnõ ꝛ in his q erãt sacris mini
sterijs deputati: vehemẽter ingemuit. ꝛ se de hꝰ scl'i erũna liberari istã
tiꝰ exorauit. Qui cũ se id obtinuisse gauderet. reuelauit fribꝰ q vsq; ad
resurrectõz dñicã cũ eis esset. an vero paucos dies q lectlo detineret cũ
xliiii. psalmũ cũ notario dictaret. subito ipo vidẽte notario in modum
scuti breuis ignis caput eꝰ opuit. atq; paulati p os eiꝰ tanq in domum
habitator intrauit. tũc facies eiꝰ tanq nix effecta est. s; pꝰmodũ ad suaz
spẽm reuersa e. Ipso igit die scribẽdi ꝛ dictãdi finẽ fecit. nec ipz psalmũ
explere potuit. Pꝰ igitur paucos dies infirmitate corpis laborare cepit
Tũc comes ytalie cũ mediolani esset: nobiles ꝯuocauit dicẽs q tanto

viro recedēte piclm esse ne italie interit⁹ imineret. rogauitqȝ vt ad virꝫ dei accederēt. rogātes vt sibi adhuc spaciū viuēdi vno anno a dño impetraret. qd ille vt ab illis audiuit rñdit. Nō ita inter vos vixi vt me viuere pudeat: nec mori timeo cū bonū dñm habeam⁹. Eo tpe q̄tuor eius diacōi inuicē ꝯuenerūt tractātes iter se q̄s p⁹ ei⁹ obitū bon⁹ esse epus. Cū q̄ a loco in q̄ vir dei ābro. iacebat lōge essent. ⁊ simplicianū ita silēter noīassent vt vix inuicē se audirēt ille ab eis lōge posit⁹ tercō exclamauit. Senex: sȝ bon⁹. qd audiētes territi fugerūt. ⁊ ñ nisi illū p⁹ ei⁹ obitū elegerūt. In loco aūt in q̄ iacebat vidit iesū ad se veniētē: ⁊ sibi vltu alacri arridentē. Honorat⁹ vero eps vercellēsis q̄ bti ābro. obitū expectabat. cū se sopori dedisset: vocē tercō se clamātis audiuit. surge q̄ mō ē recessur⁹. q̄ ꝯsurgēs mediolanū cōcit⁹ vēit ⁊ ei dñici corpis sacrm̄ dedit. moxqȝ ille man⁹ in modū crucis expādit. ⁊ vltimū spm̄ iter verba oīonis efflauit. Floruit circa annos dñi. ccclxxxix. Cū aūt in nocte pasche corp⁹ ei⁹ ad ecciam fuisset delatū. plimi īfātes baptizati eū viderūt ita vt aliq̄ eū sedētē i cathedra tribūali dicerēt. alii ascēdētē digito suis pētib⁹ dmōstrarent. nōnulli vero stellā sup caput ei⁹ se videre narrarēt. Quidā pſbr̄ cū in cōuiuio cū multis aliis esset: ⁊ scō ābro. detrahere cepisset: eū cōtinuo plaga pcussit. ⁊ de cōuiuio ad lectū duct⁹ vitam finiuit. In vrbe cartagiñsi cū tres epi sil' cōuiuarēt. ⁊ vn⁹ eorum btō ābrosio detraxisset. relatū est qd illi pſbro q̄ sibi detraxerat accidisset. qd cū ille vilipēderet subito letale vuln⁹ accepit ⁊ extremū cōtinuo diē clausit. Notād̄ ꝙ beat⁹ ābrosi⁹ in multis cōmēdabilis fuisse videtur. Pmo in liberalitate. q̄ oīa q̄ habebat paupm erāt. Vñ refert de seipo ꝙ ipatori petenti basilicā sic rñdit. ⁊ est in decre. cōuenior. xxiii. q. viii. Si a me peteret qd̄ meū esset. i. fundū meū argētū meū: ⁊ huiꝰ mōi meū. nō refragarer quāq̄ oīa q̄ mea sūt paupū sint. Secūdo ī mūdicie puritate. fuit em̄ virgo. Vñ refert Hiero. eū dixisse. Virginitatē nō solū efferim⁹ sȝ seruam⁹. Tercio in fidei firmitate. vñ dixit cū impator peteret basilicā. ⁊ est in eodē caplo. Prius est vt aīam mihi ꝙ fidē auferat. Quarto in martirii auiditate. vñ legit̄ in epl'a sua de basilica: ñ tradēda ꝙ ꝓposit⁹ valētiniani ambrosio mādauit dicēs. tu cōtēnis valentinianū. caput tibi tollo. cui ābrosi⁹. deus pmittat tibi vt facias quod minaris. atqȝ vtinā de⁹ auertat eos ab eccīa. ⁊ in me oia tela sua cōuertāt ⁊ meo sanguīe sitim suā expleāt. Quito in oīonis instātia. Vñ dr̄ de eo. ⁊ habetur in. xi. li. hyst. ecciastice. Ambrosi⁹ aduersū regine furorē nō se māu defensabat aut telo: sȝ ieiuniis ⁊ ꝯtinuatis vigiliis: sub altari posit⁹ p obsecratōes defensorem sibi atqȝ ecclesie deū pabat. Sexto in lacrimarꝫ abundātia. Habuit em̄ tria genera lacrimarꝫ. scȝ lacrimas cōpassionis p aliorꝫ culpis. Vñ dicit paulin⁹ de eo in legēda: ꝙ cū aliq̄s lapsum sibi cōfitebatur sic amarissime flebat ꝙ illū flere sil'r cōpellebat. lacrīas deuotōis p eternis ꝯsideriis

Vñ supra dictū est a paulino q cū interrogaretur cur sanctos q̄ morie bātur sic fleret. rñdit. ne me putetis flere q2 recesserit. sȝ q2 me ad gl'az p̄cesserint lacr'as cōpassiōis p aliop iniuriis. vñ ipse dicit d se: ꝛ ē in decreto in superiori ca: Aduersus milites gothos lacrie mee arma mea sūt Talia em̄ munim̄ta sūt sacerdotis al'r nec debeo nec possū resistere ¶ Septio in forti cōstātia: c⁹ ꝯstantia maxie in trib⁹ appet. Prio in defēsiōe catholice veritatis. vñ dr in li. xi. ecci'astice hy. q iustina mr valētiniani ip̄atoris. arriane hereseos alūna ꝯturbare cepit eccl'iarū statū. ꝯminari sacerdotib⁹ depulsiōes ꝛ exilia. nisi ariminēsis ꝯcilii de creta reuocarēt. q̄ bello eccie murū ac turrī validissimā pulsabat ābrosi um In e⁹ q̄ȝ p̄fatōe sic de eo cātatur: Tāta virtute ābrosiū solidasti cō stātie: tāto munere celit⁹ decorasti. vt p eū exclusa torq̄rētur demonia arrianop ip̄ietas ꝓpulsa tabesceret. ac seculariū p̄ncipū colla tuo iugo subacta redderēt hūillima ¶ Scdo in tuitōe ecciastice libtatis. vñ cū ī pator auferre vellȝ quādā basilicā opposuit se ābrosi⁹ ꝯ ip̄atorē: sicut ipse testaf. ꝛ ē ī decre. xxiii. q. viii. ꝯuenior ip̄e a cōitib⁹ vt p me basilice fieret matura traditō dicētib⁹ ip̄atorē iussisse iure suo tradi debere. rñ di. Si p2imoniū petit inuadite. si corp⁹ occurrā. Vultis ī vincl'a rape. vultis in mortē. volūtatis ē mihi. ñ ego me vallabo circūfusiōe ppl'op nec altaria tenebo vitā obsecrās. sȝ p altarib⁹ graci⁹ īmolabor. māda r tradere basilicā. vrgemur itaq̄ȝ p̄ceptis regalib⁹. sȝ ꝯfirmamur scptu re s̄mōib⁹. q̄ rñdit. Tāq vna ex insipiētib⁹ locuta es. noli grauare te ī pator vt putes te ī ea q̄ diuia sūt ip̄iale aliq̄d ius hr̄e. ad ip̄atorē pala cia ptinēt. ad sacerdotes eccie. sctūs naboth vineā suo ꝓprio cruore d fēdit. si ille vineā ñ tradidit suā. nec nos tradem⁹ xp̄i ecciam. Tributū cesaris ē: ñ negetur. eccia dei ē. cesari vtiq̄ȝ ñ dōetur. si de me aliq̄d cō pelleref ꝛ posceref a fūd⁹: ā dom⁹ ā aurū: aut argētū. id q̄d iuris mei essȝ libēter offerrē. tēplo dī nihil possū decerpe nec detrahere. cū illd custo diendū: ñ tradēdū accepi. ¶ Tercō ī obiurgatōe vicii ꝛ oīs iniq̄tatis. Vñ legitur in hy. triptita in q̄da croica: q cū apud thesolōicā orta se ditōe q̄dā iudices fuissent a ppl'o lapidati. theodosi⁹ ip̄ator indignat⁹: iussit oēs interimi. nocētes ab īnocētib⁹ ñ secernens. vbi fere q̄nq̄ȝ mi lia hoim sūt occisa. Cū igitur ip̄ator mediolanū venissȝ ꝛ ecciaȝ itrare vellȝ occurrit ei ābro. ad ianuā: eiq̄ȝ aditū ꝓhibuit dicēs. cur ip̄ator p⁹ cām tāti furoris ñ agnoscis molē tue p̄sūptōis. sȝ forte recognitiōem peccati ꝓhibet ptās impii. Decȝ te vt vincat rō ptātem. Princeps es o imp̄ator sȝ ꝯseruop. quib⁹ g̃ oculis aspicies cōis dñi tēplū q̄bus pe dibus calcabis sctm̄ pauim̄tū. q̄uo man⁹ extendes de quib⁹ adhuc san guis stillat iniust⁹. q̄ p̄sūptōne ore tuo poculū sanguinis eius pcipies dum furore tuop sermonū tantus iniuste sit sanguis effusus. Recede ergo recede: ne secūdo peccato priorē neq̄tiā augere ꝯtēdas. Suscipe

vincl'm q̄ te dn̄s nūc ligauit. ē em̄ medicīa maxīa sanitatis. his sermōi bus imꝑator obediēs. gemēs ⁊ flens ad regalia remeauit. Cum ergo diu i fletu māsiss;. rufin⁹ mgr̄ militū cām tāte tristicie reqsiuit. cui ille. tu inqt mea mala n̄ sentis. qꝛ ꝑuis ⁊ mēdicātib⁹ apta sūt tēpla. mihi ve ro ad ea igress⁹ n̄ ē. ⁊ hec dicēs singl'a verba singultib⁹ iterrūpebat. cui rufin⁹. curro si vis ad ābrosiū vt tibi soluat vincl'm q̄ te ligauit. ⁊ ille. n̄ poteris suadere ābrosio. qꝛ n̄ verebit̄ ipialē ꝑtatē vt legē possit ꝑua ricari diuinā. s; cū ille ꝓmitteret ꝙ eū flecteret: eū ipator ire ꝓcepit. et ipe p⁹ paululū ē secut⁹. mox aūt vt ābr̄. rufinū vidit: ait. ipudētiā canū imitat⁹ es. o rufine tāte vic; necis autor exn̄s. ⁊ nec pudorē ex frōte d̄ tergēs: n̄ erubescis ꝯ maiestatē latrare diuinā. Cūq; rufin⁹ ꝓ ipatore supplicass; ⁊ dicer; eū seq̄ supno zelo. accēsus ābro. ait. ego tibi ꝑdico qm̄ igredi eū sacra limia ꝓhibeo. si vero ꝑtatē in tirānidem mutauerit necē libēter suscipio. q̄d cū rufin⁹ ipatori nūciass;. pgā inqt ad eū vt iu stas i faciē ꝯtūelias recipiā. cū ergo veniss;. ⁊ sua solui vicula postulas set: occurrēs ābro. ⁊ igressū ꝓhibēs ait. quā pniaz ondisti p⁹ tātas iniq: tates. ⁊ ille. tuū ē iponere. meū obtpare. vex̄ cū ipator allegaret qꝛ et dauid adulteriū ⁊ hōicidiū cōmisiss;. ait ābro. q̄ secut⁹ es errātē seqre peintētē. q̄d ita ḡtāter ipator suscepit. ꝙ publicā pniam agere nō recu sauit. cū igit̄ recōciliat⁹ ecciam itrass;. ⁊ itra cācellos star;. reqrit ābro si⁹ q̄d ibi expectar;. cui cū dicer; se ꝑceptō; sacrox̄ misteriox̄ expecta re. ait ābro. O ipator interiora loca tm̄ sacerdotib⁹ sūt collata. egreder̄ igit̄: ⁊ hāc expectatō; cū ceṫis habe cōem. purpura nanq; ipatores fa cit. n̄ sacerdotes. cui ipator ꝓtin⁹ obediuit. Cū g̃ ꝯstātinopoli reuers⁹ extra cācellos staret. mādaui t eidē ep̄s vt itraret. ⁊ ille ait. vix discere potui q̄ dr̄ntia sit ipatoris ⁊ sacerdotis. vix em̄ veritatis iueni mgr̄m ābrosiū nāq; solū noui vocari pōtificē. Octauo in sana doctria

Ei⁹ nāq; doctrīa h; altā ꝓfūditatē. Hiero. de. xii. doctorib⁹. Ambro sius sup ꝓfūdox̄ pinna rapt⁹ ⁊ aeris volucer q̄ꝑdiu i ꝓfūdū igreditur fructū d̄ alto cape videt̄. firmā soliditatē. hiero. ibidē. ei⁹ oēs inie fidei et eccie ⁊ oīm virtutū firme sūt colūne. elegātē venustatē. Aug⁹. i li. d̄ nupt. et ꝯctib⁹. Pelagi⁹ heresiarcha sic laudat ābrosiū vt dicat. beat⁹ ābro. ep̄s i c⁹ ꝑcipue libris romana lucet fid̄s. q̄ scꝑtox̄ iter latios flos q̄dā emicuit. ⁊ subdit aug⁹. c⁹ fidē ⁊ purissimū i scꝑtis sensū: nec inimic⁹ q̄dē ausus ē reꝑhēdere. magnā autoritatē. qꝛ ātiq̄ doc. sicut aug⁹ verba sua ꝑ mag̃ autoritate hēbāt. vn̄ refert aug⁹ ad ianu. ꝙ cū mr̄ ei⁹ mirata fuiss; cur mediolāi sabbato n̄ ieiūaret̄. et d̄ h̄ aug⁹ ābrosiū iterrogass; ait ambro. Cū venio romā ieiuno sabbato Sic ⁊ tu ad quā forte eccle: siam veneris ei⁹ morē serua. si cuiq̄ꝫ non inde vis scandalū esse. nec q̄ꝫ tibi. Et subdit aug⁹. Ego de hac snia etiā atq; etiā cogitans. ita sp ha bui tanq̄ꝫ eā celesti oracl'o accepim. Vita ⁊ passio tiburcii ⁊ valeriāi

in passione sancte Cecilie continetur.

De sancto georgio

GEorgiꝰ dr̄ a geos q̄d ē terra. ⁊ orge q̄d ē colere. q̄si colēs terrā. i.
carnē suā. Augꝰ. aūt in li. de tri. dicit. ꝙ bōa terra est in altitudīe mōti
um. tempamīto colliū. planicie campoꝝ. Pria em̄ est bōa ad virentes
herbas. secūda ad vineas. tercia ad fruges. sic beatꝰ georgiꝰ fuit altus
despiciēdo īferiora. ⁊ ideo habuit virorē puritatis. Tempatꝰ ꝑ discre
tionē. ⁊ ideo habuit vinū interne iocūditatis. Planꝰ ꝑ hūilitatē. ⁊ ido
ptulit fruges bōe opatōis. Uel georgiꝰ dr̄ a gerar q̄d est sacꝝ ⁊ gion
q̄d est arena q̄si sacra arena. Fuit em̄ arena: q2 pōderosus moꝝ graui
tate. minutꝰ hūilitate. ⁊ siccus a carnali voluptate. Uel georgius dr̄ a
gerar q̄d est sacꝝ. ⁊ gion q̄d luctatō. q̄si sacer luctator: q2 luctatus est
cū dracone ⁊ carnifice. Uel georgius dr̄ a gero: q̄d est ꝑegrinꝰ. ⁊ gir p̄
ciosus. ⁊ vs ꝯsiliator. Ipse em̄ fuit ꝑegrinꝰ in ꝯtemptu mūdi. p̄ciosus ī
corona martirii. ⁊ ꝯsiliator in p̄dicatōe regni. Eius legēda inter scrip
turas apocrifas in niceno ꝯcilio ꝯnumerat̄. ex eo ꝙ eiꝰ martiriū certā
relatōem nō hʒ. Nā in kalendario bede dr̄ ꝙ sit passus in ꝑsida ciuita
te dyaspoli. q̄ priꝰ lidda vocabat̄. ⁊ est iuxta iopen. Alibi dr̄ ꝙ passus
sit sub dyocleciano et maximiano īpatoribꝰ. Alibi legit̄: ꝙ sub dyocl̄.
impa. ꝑsaꝝ: p̄ntibus. lxx. regibꝰ imperii sui. Hic dr̄ ꝙ sub daciano pre
side. imperantibus dyocleciano ⁊ maximiano. A.

GEorgiꝰ tribunꝰ. genere capadox. ꝑuenit q̄dā vice in ꝓuinciā
libie: in ciuitate q̄ dr̄ silena. Iuxta quā ciuitatē erat stagnū in
star maris. in q̄ draco pestifer latitabat. q̄ sepe pplm̄ ꝯ se armatū in fu
gam ꝯuerteret. flatuq3 suo ad muros ciuitatis accedēs oēs inficiebat
Quapropter cōpulsi ciues duas oues q̄tidie sibi dabāt: vt eiꝰ furorē seda
rēt. alioq̄n sic muros ciuitatis īuadebat. et aerē īficiebat: ꝙ plurimi in
teribāt. Cū ergo iā oues pene deficerēt maxīe cū haꝝ copiā hr̄e n̄ possent
inito ꝯsilio ouē cū adiūcto hoīe tribuebāt. cū igit̄ sorte oīm filii et filie
darētur: et sors neminē excipet: et iā pene oēs filii et filie ppl̄i eēnt cō
sūpti. q̄dā vice filia regis vnica sorte est deꝑhēsa: et draconi adiudica
ta. Tūc rex cōtristatus ait. Tollite auꝝ et argentum: et dimidiū regni
mei: et filiam meam mihi dimittite: ne taliter moriatur. Cui populus
cum furore respondit. Tu o rex hoc edictum fecisti. et nunc oēs pueri
nostri mortui sūt: et tu vis filiā tuā saluare. nisi in filia tua cōpleueris
q̄d in aliis ordinasti: succendemꝰ te et domū tuā. Quod rex audiens: ce
pit filiā suā flere dicēs. Heu me filia mea dulcissima q̄d de te faciā. aut
q̄d dicā q̄n plꝰ videbo nuptias tuas. et cōuersus ad pplm̄ dixit. oro vt
inducias octo dieꝝ lugendi mihi filiā tribuatis. q̄d cū ppl̄s admisisset
in fine octo dieꝝ reuersus ppl̄s est cū furore dicēs. Quare ꝑdis pplm̄

tuũ ꝓpter filiã tuã. En oẽs afflatu draconis morimur. Tũc rex vidẽs ꝙ nõ possꝫ filiã liberare: induit eã vestibꝰ regalibꝰ. ⁊ ãplexatꝰ eã cũ lacris dixit. heu me filia mea dulcissima ꝺ̃ te filios ĩ regali gremio nutrire credebã et nũc vadis vt a dracõe ꝺ̃uoreris. heu me fi. mea dulc. spabã ad tuas nuptias ꝑ̃ncipes inuitare. palaciũ margaritis ornare. tipana ⁊ organa audire. et nũc vadis vt a dracõe ꝺ̃uoreris. et deosculãs eã: dimisit eã dicẽs. vtinã filia mea ego añ te mortuꝰ eẽm ꝙ̃ te sic amisissꝫ. tũc illa ꝓcidit ad pedes pr̃is: petẽs ab eo bñdictõꝫ suã. quã cũ pr̃ cũ lacris bñdixissꝫ. ad lacũ ꝓcessit. quã btũs geor. casu ĩñ trãsiẽs: vt plorãtẽ vidit eã q̃d hẽret iterrogauit. et illa. bõe iuuẽis velociter equũ ascẽde et fuge. ne mecũ pīter moriaris. cui geor. noli timere filia: sꝫ dic mihi q̃d hic ꝑ̃stolaris oĩ plebe spectãte. et illa. vt vidõ bõe iuuenis magĩfici cordis es tu. sꝫ cur mecũ mori desideras. Fuge velociter. Cui georg. hinc ego ñ discedã donec mihi q̃d habeas intiabis. Cũ ergo totũ sibi exposuissꝫ. ait georg. Filia noli timere: qꝛ in xp̃i noĩe te iuuabo. Et illa Bone miles mecũ ne ꝑeas. sꝫ teip̃m saluare festines. sufficit eñ̄ vt sola ꝑeã. nã me liberare nõ posses. ⁊ mecũ ꝑires. Dũ hec loq̃ref. ecce draco veniẽs caput de lacu leuauit. tũc puella tremefctã dixit. fuge bone dñe: fuge velociter. Tũc geor. equũ ascẽdens. ⁊ cruce se muniẽs draconem ꝯtra se aduenientẽ audacter aggredif. ⁊ lãceã fortiter vibrãs: ⁊ se deo ꝯm̃dãs ip̃m grauiter vl'nerauit. et ad terrã deiecit. dixitqꝫ puelle Proiice zonã tuã in collũ dracõis: nihil dubitã s filia. q̃d cũ fecissꝫ seq̃baf eã velut mãsuetissimꝰ canis. Cũ ergo eũ in ciuitatem duceret ppl'i hoc videntes ꝑ mõtes et colles fugere cepũt dicẽtes. ve nobis qꝛ iam oẽs ꝑibimꝰ. Tũc beatꝰ geor. innuit eis dicens. nolite timere. ad hoc eñ̄ me misit dñs ad vos vt a penis vos liberarẽ draconis. tm̃mõ in xp̃m credite. et vnusq̃sqꝫ vr̃m baptizef. et draconẽ istũ occidã. tũc rex et oẽs ppl'i baptizati sũt. Beatꝰ aũt geor. euaginato gladio draconẽ occidit et ipsum extra ciuitatem efferri precepit. Tunc quatuor paria boum ipsum extra ciuitatem in magnũ cãpũ foras duxerũt. Baptizati aũt sũt in illa die viginti milia hoĩm. exceptis puul' et mľribꝰ. B. ¶ Rex aũt in honore beate marie et beati georgii eccl'iam mire magitudĩs ꝯstruxit. De cuiꝰ altari fõs viuꝰ emanat. cuiꝰ potꝰ oẽs lãguidos sanat. Rex vero infinitã pecuniã btõ geor. obtulit: quã ille recipe nolẽs. paupibꝰ eã dari ꝑ̃cepit. tũc georgiꝰ regẽ ꝺ̃ q̃tuor breuiter istruxit. s. vt eccl'iaꝝ dĩ curã hr̃et. sacerdotes honoraret. diuinũ offm̃ diligenter audiret. et spaupeꝝ memor esset. et osculato rege ĩñ recessit. In aliq̃bus tñ libris legitur. ꝙ dũ draco ad deuorãdũ puellã ꝑgeret. georgius se cruce muniuit. et draconẽ aggrediens interfecit. ¶ Eo tp̃e impãtibꝰ dyocleciano et maximiano sub p̃sidõ daciano tãta ꝑsecutõ xp̃ianoꝝ fuit. vt ifra vnũ mensem. xvii. M. martirio coronarẽtur. Vñ iter tot tormẽtoꝝ genera

nisi xpianorum deficiebāt. et idolis imolabāt. qd vidēs sanctus geor. factus dolore cordis intrinsecus oīa q̄ hēbat dispsit. militarē habitū abiecit. xpianorum hitum induit. et in mediū psiliēs: exclamauit. Omēs dii gēti um demōia. dn̄s aūt celos fecit. Cui pses iratus dixit. Qua psumptiōe audes dos nr̄os demōia appellare. Dic tn̄ vn̄ es tu: aut q̄ noie vocaris Cui georgius ait. Georgius vocor: ex nobili capadocū psapia ortus. Pa lestinā xpo fauēte deuici. s3 oīa deserui vt seruire possem liberarius deo celi. Cū aūt pses eū ad se inclinare nō posset: iussit eū in eculeū leuari. et membratim corpus eius vngulis laniari. Appositis insup ad latera facibus. patētibus viscerum rimis. sale plagas eius fricari iussit. Eadē nocte dn̄s cū ingēti lumie ei appuit. et ip3 dulciter ꝯfortauit. Cuius melliflua visione et allocutōe sic ꝯfortatus est. vt p nihilo duceret cruciatus. Uidēs dacianus q eū penis supare nō poss3 quendā magū accersiuit. eiq3 dixit Xpiani suis magicis artibus tormēta ludificāt et deorum nostrorum sacrificia puipendūt. Cui magus. Si artes eius supare nequero: capitis reus ero. Ipse maleficiis suis iniectis. et deorum suorum noibus inuocatis venenum vino inmiscuit. et sctō georg. sumendū porrexit. Cōtra q̄d vir dei signū crucis edidit. haustoq3 eo nil lesiōis sentit. Rursū magus priore fortius venenū imiscuit Quod vir dei signo crucis edito sine lesiōe aliq̄ totu3 bibit. Quo viso magus statim ad pedes eius cecidit. veniā lamitabl'r petiit et se xpianū fieri postulauit. Quē mox iudex decollari fecit. Seqn̄ti die iussit georgiū poni in rota: gladiis bis acutis vndiq3 circūsepta. Sed statim rota frāgit. et georgius illesus penitus inuenit. Tūc iratus iussit eu3 in sartaginē plūbo liq̄facto plenā pici. Qui facto signo crucis: in ea3 intrauit. S3 virtute dei cepit in ea q̄si in balneo refoueri Quod vidēs dacianus cogitauit eū emolliri blādiciis: quē minis supare nō poterat. vel tormētis. Dixitq3 illi. Uides fili georgi q̄nte māsuetudis sunt dii nr̄i. te q̄ blasfemū tā patiēter sustinēt. pati nihilominus si ꝯuerti volueris indulgere. Age ḡ dilectissime fili q̄d hortor. vt supstitōe relicta diis no stris sacrifices. vt mḡnos ab ipis et a nobis ꝯseq̄ris honores. cui geor. subridēs ait. vt q̄d a pncipio nō magis mihi psuasisti blādis sermōibus q̄ tormētis Ecce patus sum facere q̄d hortaris. hac pmissiōe dacianus delusus: letus effici. Iussitq3 sub voce pconis vt oēs ad se ꝯuenirent. et georgiū tā diu reluctātē tādē cedere: et sacrificare viderēt. Ornata igi tur tota ciuitate p gaudio. cū georgius ydolorum tēplū sacrificaturus itrar3 et oēs ibidē gaudētes astarēt. flexis genibus dn̄m exorauit: vt tēplū cum ydolis sic oīo destrueret: q̄tenus ad sui laudē. et ppl'i ꝯuersiōe3 nihil d eo penitus remaner3. Statiq3 ignis de celo descēdēs: tēplū cū diis et sacer dotibus cōcremauit. terraq3 se apiens omnes eorum reliquias deglutiuit ¶ Hic exclamat ambro. in pfatōe dicens. Georgius fidelissimus miles xpi: dum cristianitatis pfessio silentio tegeretur. solus inter cristicolas

intrepid⁹: dei filiū esse cōfessus. Cui et tantā ꝯstātiā grā diuina ꝯcessit vt et tirānice ꝑtatis ꝑcepta contēneret. ꝛ innumerabiliū nō formidarȝ tormēta penaꝝ. O felix ꝛ inclitus dñi ꝑliator. quē nō soluȝ tpalis regni blāda nō ꝑsuasit ꝑmissio. sȝ ꝑsecutore deluso. simulacroꝝ ei⁹ portenta in abissum deiecit. Hec ambro. Hoc audiens dacian⁹ georgium ad se adduci fecit. eiqȝ dixit Que sunt maleficia tua pessime hoīm. q̄ tm̄ facinus ꝯmisisti. Cui georgi⁹. Non credas me nō sacrificare. sed mecum perge: ꝛ iteꝝ me imolare vide. Cui ille. Intelligo fraudem tuā. q2 vis me facere absorberi. sicut templuȝ et deos meos absorberi fecisti. Cui georgi⁹. Dic mihi miser. dii tui qui se iuuare nō potuerūt. q̄uo te iuuabunt. Iratus rex nimis dixit alexandrie vxori sue. Deficiens moriar. q2 ab hoc hoīe me supatuȝ cerno. Cui illa. Tirāne crudelis ꝛ carnifex nunq̄d nō dixi tibi sepi⁹: ne xp̄ianis molestus esses. q2 de⁹ eoꝝ ꝑ ipsis pugnaret. ꝛ nūc scias me velle fieri xp̄ianā. Stupefact⁹ rex ait Heu ꝓh dolor. nūquid et tu es seducta. Fecitqȝ eā ꝑ capillos suspendi. et flagellis durissime cedi. Que dum cederef: dixit georgio Georgi lumen veritatis. q̄ putas ꝑuenia3. nōdum aqua baptismi renata. cui georgi⁹ nihil hesites filia. q2 sanguis tui effusio baptism⁹ tibi reputabitur ꝛ corōa Tūc illa orās ad dñm emisit spm̄. Huic attestaf ambro. i ꝑfatōe dicēs Ob hoc et gētiū regia ꝑsaꝝ. crudeli a viro dictata snīa. nōdū baptismi grām ꝯsecuta: gl'iose passiōis meruit palmā. Vn̄ nec dubitare possum⁹ ꝙ rosea ꝑfusa sanguis vnda reseratas poli ianuas ingredi meruit. regnūqȝ possidere celoꝝ. hec ambro. ¶ Sequēti vero die georgius talē accepit snīaȝ. vt ꝑ totā ciuitatē traheretur. postmodū capite puniref Orauit aūt ad dñm vt q̄cūqȝ ei⁹ iplorarȝ auxiliū: petitōis sue cōseq̄retur effctm̄. Diuia aūt vox ad eum venit. ꝙ sic fieret vt orauit. Cōpleta orōne capitis absciśiōe martiriū cōsūmauit. sub dyocleciāo et maximiano. Qui cepūt circa annū dñi. cc.lxxxvii. ¶ Dacian⁹ autē cū de loco in q̄ decollat⁹ ē. ad palaciū rediret ignis de celo cecidit ꝛ ipȝ cū mistris suis cōsūpsit. ¶ Refert greg⁹. turonēs. ꝙ cū q̄dā quasdā reliq̄as scti georgii deferret. et in q̄dā oratorio hospitati fuissent. mane nullaten⁹ capsaȝ mouere potuerūt. donec ibidē reliq̄aꝝ ꝑticulaȝ dimiserūt. ¶ Legif in hy. antiochena. ꝙ cū xp̄iani ad obsidēdū hirl'm ꝑgerent q̄dā iuuēis specōsissim⁹ cuidā sacerdoti appuit. q̄ sctm̄ georgiū ducem xp̄ianoꝝ eē se dicēs: monuit vt ei⁹ reliq̄as secū in hirl'm deportarent et ipe cū eis essȝ. Cū aūt hirl'm obsedissent. et saracenis resistētib⁹ per scalas ascēdere nō auderēt beat⁹ georgi⁹ armis albis indutus. ꝛ cruce rubea insignit⁹ appuerit. innuēs vt post se securi ascēderēt et ciuitatē obtinerēt. Qui ex hoc aīati ciuitatē cepunt. et saracenos occiderunt.

De sancto marco euangelista LVII. A.

Marcus interpretatur sublimis mandato: certus: declinatus: et amarus. Sublimis mādato rōne pfectōis in vita. qr nō soluz seruauit mādata ꝯmūia. sz etiā sublimia. sicut sunt consilia. Cert⁹ rōe certitudis in doctrina. qr doctrinā euāgl'ii sui certā tradidit vtpote quā a petro mgr̄o suo didicit Declinat⁹ rōne pfūde hūilitatis. Nā ppter nimiā hūilitatē pollicē sibi amputasse d̄r: vt sacerdotio rep̄bus habere f. Amar⁹ rōne acerbitatis pene. qr vbiqz p ciuitatē tract⁹ fuit. et inter hec tormēta spm̄ tradidit. Uel marc⁹ d̄r a marco: q̄d est malle⁹ maior q quidē eodē ictu ferꝝ domat. melodiam generat. incudē firmat. sic marc⁹ vnica doctrina sui euāgelii domat hereticoꝝ pfidiā dilatat laudem diuinam. confirmat ecclesiam. B.

Marcus euangelista. leuiticus genere. et sacerdos. petri apostoli in baptismate fili⁹. atqz in diuino sermōe discipl's. cum ipo beato petro romā pfectus est Cū aūt petr⁹ ibidē euangl'm p̄dicaret rogauerūt fideles q erāt rome btm̄ marcū vt euangl'm ad ppetuā fideliū memoriā deberet ꝯscribere Quod ille quidē vt ex ore mgr̄i sui btī petri audierat: fideli stilo cōscripsit. Petrus aūt illud diligenter examinās. vbi omni veritate plenū cōspexit recipiendū ab oībus fidelib⁹ ꝯprobauit. Uidens aūt petr⁹ marcū cōstantē in fide: ipm aquilegiam destinauit. vbi verbū dei p̄dicās: innumeras gentiū multitudines ad fidē xpi ꝯuertit. Ac euāgl'm suū sil'r ibidē cōscripsisse d̄r. q̄d quidē vsqz hodie in aquilegiensi eccl'ia ōnditur. et deuotōe ꝯgrua reseruatur. Tādem beatus marcus aqlegiē. ciuē scz ermagorā: quē ad fidē xpi cōuertit: romā ad btm̄ petꝝ adduxit. vt eū in aqlegie epm cōsecraret Suscepto itaqz ermagoras pontificat⁹ offō: cū aqlegiē. eccl'iam optie gubernasset. Tandē ab infidelibus capit. et ibidē martirio coronat Marcus vero a beato petro alexādriā missus est. et ibi prim⁹ verbū dei p̄dicauit In prīo aūt introitu suo alexandriā: vt ait philo. disertissim⁹ iudeoruz maxia multitudo in fide et deuotōe. et cōtinētie obseruatōe adunata ē Papias q3 hieropolitan⁹ eps valdē p̄clara ei⁹ pconia p̄cipuo dilucidat stilo. Petrus vero damiani sic ait de eo. Tantā eidē deus apud alexādriā grām p̄rogauit. vt oēs q tūc ad fidei rudimēta ꝯfluerent. mox p cōtinētiā. ac toti⁹ scte cōuersatōis instātiā tanq̄ ad mōastice pfectōnis fastigiū puolarēt. ad q̄d nō solū miraculoꝝ pdigiis. nō solū predicatōis eloqis. sed etiā eximiis puocabat exemplis. Et infra. Factū est autem vt post mortē ad ytaliā deinde sit reuersus. vt terra in q̄ datū est sibi euangl'm scribere sacras mereaī ei⁹ reliqas possidere. Beata es o alexandria triūphali hoc sanguie purpurata. felix et tu ytalia corpis hui⁹ thesauro diues effecta. C Tāte aūt hūilitatis d̄r fuisse vt pollicē sibi amputauerit: ne ad ordinē sacerdocii possz hūano iudicō pmoueri. Uerꝝtn̄ dispositō dei. et autoritas scti petri p̄ualuit. q ipm alexandriā

epm destinauit. Mox aut vt alexandria est ingressus: subito calciamentum eius ruptu est atq3 solutu. Quod in spu intelligens ait. Uere expeditu fecit dns iter meu. nec me sathanas ipedire poterit que ab opibus mortuis dns iam absoluit. Uidens aut marc9 quenda vetera consuente. eide calciamtu tradidit corrigedu. quod cu faceret sinistra manu grauiter vulnerauit: ac fortiter exclamare cepit. Unus deus. quo audito vir dei ait: Uere prospeꝝ fecit dns iter meum. Factoq3 luto ex sputo manu eius vnxit. ⁊ ptinuo sanitate recepit Uides ho ille tanta3 ei9 efficacia. in domu sua illu introduxit. ⁊ quis esset vel vnde pcuctari cepit. At ille se dni iesu xpi seruu confessus est Cui ille ait. velle ego videre eu. Et mar. ego eu tibi demostrabo. Incipiensq3 marcus xpm ei euangelizauit. ⁊ ipm cu tota domo sua baptizauit. Audientes autem viri ciuitatis illius quenda galileu qui deoꝝ sacrificia ptemneret aduenisse ei insidias posuerut. Quod ille cognoscens hoiem illu quem curauerat qui dicebatur anianus ibide epm ordinauit. ⁊ ipse pentapoli prexit. Et cu ibide duobus annis stetisset. iteꝝ alexandria rediit. qui ⁊ iuxta mare in rupibus ecciam construxerat: in loco q dr bucculi. ⁊ fideles ibide multiplicatos inuenit. Pontifices aut temploꝝ eu coprehedere conabatur Cu aut in solennitate pascali beat9 marcus missam celebraret couenerut illuc oes. ⁊ fune in collo eius misso ipm p ciuitate trahebant dicetes. Trabam9 bubalu ad loca bucculi. Carnes aut eius i terram fluebat. ⁊ sanguine lapides rigabatur. Post hoc in carcere recluditur. ⁊ ibide ab angelo confortat. Sed ⁊ ipe dns iesus xps eu visitauit: euq3 cofortauit dicens. Pax tibi marce euangelista meus: noli timere. q2 ego tecu sum vt eruam te. Mane ergo facto fune iteꝝ collo ei9 immittut. ⁊ huc illucq3 raptim eu ptrahut exclamates. Trahite bubalum ad loca bucculi. Ipse aut du traheretur gracias agebat dices In manus tuas comendo spm meu. Et hoc dices spm exalauit. sub nerone: qui cepit circa annu dni. lvii. Cu aut pagani eu vellent coburere: subito aer turbatur: grado exoritur. tonitrua intonat. fulguraq3 coruscant: ita vt quilibet euadere niteretur. ⁊ sanctu corpus ibide intactu3 reliquerut. Cristiani vero corpus eius rapuerut. ⁊ in eccl'ia cu omni reuerentia sepelierut. Fuit aut forma bti marci huiusmoi. Logo naso subducto supcilio. pulcris oculis. recaluaster. plixa barba. habitudinis optime. etatis medie. canis aspsus. affectoe cotines. gra dei plenus.

Beat9 aut ambro. de eo sic ait. Du beatus marc9 innumeris coruscaret miraculis: contigit vt sutor cui calciametu tradiderat corrigendu sinistram sibi in eius labore ptunderet manu. Hic cu inflicto vulnere vn9 deus clamauit. dei famulus audiens: letus affuit. lutu ex sputo factu3 accepit: eiusq3 manu inunxit. sanaq3 ilico reddidit. ⁊ labori tradidit. illi9 nempe cuius pdicabat euagl'm sil' imitat miraculu: ceci videlicet a

natiuitate illuminati a dño factuȝ. Hec ambrosi⁹. B ¶ Anno ab incarnatōe dñi. cccc. lxviii. tpe leonis imperatoris. veneti corpus sancti marci de alexandria trāstulerūt. vbi ecclia in honore sancti marci mire pulcritudinis fabricata est. Quidam nanqȝ mercatores veneti qui alexandriā pretererāt duos pśbiteros custodes corpis sancti marci pcibus ꝛ pmissionibus induxerūt: vt occulte corpus illud tolli pmitterēt. ꝛ venetias trāsportarēt. Vez cum corpus de tumulo leuaretur. tant⁹ odor totā alexandriā sic pfudit. vt omnes vñ tanta pdiret odoris sua uitas mirarētur. ¶ Cū aūt nauigarēt. ꝛ qualr corpus sancti marci deferrent aliis nauibus reuelassent. vnus illoꝝ ait. Forsitan alicuius egiptii corpus vobis datū defertis. ꝛ sancti marci corpus vos deferr putatis. Continuo igif nauis in qua erat corpus sancti marci p seipsā mira celeritate se vertit. ꝛ in nauem in qua ille residebat insurgens lateris ptem fregit: non prius illā dimittēs donec omnes se ibidē corp⁹ esse beati marci credere acclamarēt. C ¶ Cū quadā nocte naues cursu velocissimo ducerētur: ꝛ naute tempestate ꝯquassati: ꝛ tenebris obuluti quo pgerent ignorarent. sanctus marcus cuidā monacho custodi corpis sui appuit dicens. Dic hominibus istis vt velociter vela deponant. qr nō lōge a terra distāt. Quibus depositis mane facto se iuxta quandā insulā inuenerūt Vez cū p litora diuersa transirent. ꝛ sanctū thesauꝝ oibus occultarent. venientes incole cōclamabāt. O ꝙ beati estis qui sancti marci corpus portatis. Sinite vt ipm suppliciter adoremus. ¶ Quidā nauta adhuc omnino incredulus: a demone arripif ꝛ tam diu vexatur donec ad corpus sancti adductus se credere ꝯfitef. Qui liberatus gl'iam deo dedit. ꝛ beatū marcū in deuotione magna deinceps habuit. ¶ Quodā tpe dum corpus sancti marci intra quandaȝ colūnam de lapidibus marmoreis factā paucis conscius esset repositū vt ibi cautius seruaretur. contigit vt testibus illis ex hac luce sublatis nemo vbi nam sanctus esset thesaurus posset cognoscere. nec aliquib⁹ indiciis inuenire. Fit ex hoc planctus in clericis. desolatō ingens ī laycis. meror iminet vniuersis. Formidabat siquidē plebs deuota. ne patronus tam inclitus furtiue fuisset sublatus. Ideoqȝ ieiuniū solenne indicitur: pcessio solennior ordinaf. Et ecce cūctis vidētib⁹ ꝛ stupētibus lapides a colūna psiliūt. ꝛ archam vbi corp⁹ ei⁹ latebat oibus euidēter ondūt. mox deuotas laudes agūt creatori oim. q suū eis dignat⁹ est reuelare patronū. Sicqȝ dies illustrata tāti pdigii gl'ia singl'is annis decurrētibus posteris fit festiua. ¶ Iuuenis quidā cancri morbo in mamilla vermib⁹ corrodētibus cruciat⁹. cepit beati marci suffragia mente implorare deuota. ꝛ ecce sibi dormiēti quidā pegrino habitu īsignitus appuit q gradu ꝯcito aliq pgere videbaf. Qui ab eo interrogat⁹ qs essȝ ꝛ q tā velociter festinaret: marcū se esse asseruit. q tam velociter

pgeret. et cuidā naui se inuocanti piculo subueniret. extensaqꝫ manu infirmū tetigit. qui mane euigilās penitus se sanatū sensit. Post mo- dicū nauis illa portū venetiaꝝ intrauit. narrās et suū periculū: et mar ci adiutoriū. Pro vtriusqꝫ igit̃ bn̄ficio deo graꝝ actio exoluitur. et in sancto suo marco deus mirabilis pdicatur. ¶ Dū quidaꝫ mercatores veneti supra quandā nauem saracenoꝝ alexandriā pgerent. et imīnēs piculū euidenter viderēt. mox sup scaphā ascendūt. Et funem pcidunt statimqꝫ nauis illa fluctuū inundatōe periit. et vniuersos saracenos vn da foraꝝ inuoluit. Unus aūt ex eis beatū marcū inuocans. voto q̄ po tuit se astrinxit. qꝫ si suū sibi ꝯferret auxiliū. et sacrū baptisma susciperet et ipsius limina visitaret. Mox sibi vir splendidus quidā appuit. qui ereptū de fluctibus in scapha cū ceteris collocauit. Ille aūt alexādriā veniens: sꝫ liberatori suo ingratus existens. nec sancti marci festinat ad limina. nec nostre fidei suscipit sacramenta. Cui denuo marcus ap paruit. et ipsum de sua ingratitudine increpauit. Rediens igitur ad se venetias venit. et ibidem sacro baptismatis fonte renatus: et marc⁹ ap pellatus: et in cristum perfecte credidit: et in bonis opibus vitā finiuit ¶ Uir quidam dum in summitate campanilis sācti marci de venetiis quiddam operis exerceret subito cadit improuide. mēbratim toto cor pore laniatus. In ipso tn̄ casu suo sancti marci non immemor: eius pa trocinium implorauit. Qui cadēs ex insperato cuidam ligno prominē ti substitit. et dato fune illesus euasit. et ad opus pristinum consummandum deuotus assurgit. ¶ Quidā cuiusdā nobilis prouintialis tpaliter seruus: dum voto astrict⁹ corpus sancti marci visitare vellet. sꝫ a dn̄o suo licentiam obtinere non posset. tandem timorem carnalis domini ti mori celestis postposuit. et insalutato domino ad sanctum visitandum deuotus accessit. Quod dn̄s egreferens ipm reuersū exoculari manda uit. Fauēt quātotius crudeli dn̄o crudeliores satellites. et dei famuluꝫ sanctū marcū inuocātem ad terraꝫ pꝛiciūt. et acutos palos oculis effo diendis apponūt. Sꝫ nihil paloꝝ pficiebāt conamine. qꝛ in se tabesce bāt subita fractōe. Jubꝫ igit̃ vt securib⁹ crura frāgāt̃: et pedes pcidāt̃ sꝫ idomabile ferrū securiū ptin⁹ mollescit i plūbū. Jubꝫ malleis ferreis os et dentes cōtundi. sꝫ ferrū sue virtutis obliuiscit̃: et dei potētia hebe tatur. Qd̄ dn̄s vidēs et stupēs veniā petiit. et cū seruo sepulcꝝ sctī mar ci deuotōe sedula visitauit. ¶ Miles qdā in plio sic vulnerat⁹ in brach io: vt man⁹ a brachio depēderet adeo vt ipsam pcidēda medici et amici cōsulerēt. Ille vero erubescēs fieri māc⁹ q̄ ꝯsueuit bn̄ tā pbus: manū in locū suū restitutā pannis siue medicamētis ligari fecit. Inuocauit igitur btī marci suffragia. et man⁹ ꝯtinuo fuit sanitati pristine restitu ta sola tn̄ cicatrix remāsit: et in tāti miraculi testimoniū: et in tl'is bn̄ficii monimētū. ¶ Uir quidā de ciuitate mantue falso ab inuidis accusat⁹

in carcerem est reclusus. Qui cū .xl. dies pegisset ibidē. et nimio afficerei tedio. tādē triduano ieiunio se macerās: bti marci patrociniū inuocauit. q sibi appens: iubet vt de carcere secur⁹ abscedat. Ille vero dormitans p tedio neglexit parere iussiōibus sci. existimās illusionib⁹ se deludi. Deinū scdo: et tandē tercō sibi appuit: et eadē silr impauit. Qui ad se rediēs et hostiū aptum cōspiciēs. de carcere secur⁹ exiit. et instar stupe ɔpedes mox ɔfregit. Ibat igitur die media p mediū custodū. ceterorūqꝫ oim. ita vt ipse cūctos vidēs a nemine videret. Qui veniēs ad sci marci tumulū: exoluit deuote debitū grarū. Cū totā apuliā sterilitas magna inuaderet. nec terrā illā bndictōis pluuia irrigaret. reuelatū est q tali plaga pcuteretur: eo q ibi sci marci festiuitas nō coleretur. Cū igit scm marcū inuocarēt. et festū ei⁹ festiue se celebraturos pmitterēt. sterilitatē ab eis marc⁹ depulit. et insup abūdantiā mistrauit dās eis salubrē aerē: et pluuiā ɔgruentē. Circa annū dni. M.cc.xli apud papiā in cōuentu ordinis frm pdicatorū. fuit qdā frater religiose ac scē vite noie iulian⁹. natōe fauētin⁹. iuuenis corpe: sꝫ can⁹ mēte qui infirmitate vltia elaborās. cū priorē dom⁹ sup statu suo reqsiuisset. et ille mortē vicinā sibi iminere diceret. stati facie exhilarat⁹: et manibus ac toto corpe applaudēs: clamare cepit Date locū fres: qꝛ p nimia leticie abūdātia aia iā psiliet ex corp⁹. ex eo q iā iocūdos rumores audiui Et eleuatis in celū manib⁹ dicere cepit Educ de carcere aiam meā. etc. Infelix ego hō qs me libabit de corpe mortis h⁹. Inter hec ille leui sōno obdormiēs vidit btm marcū ad se venisse. et se iux ei⁹ lcm collocasse Et ecce vox ad eū dicēs. Quid ibi agis o marce. Et ille. Ad morietēꝫ accesse istū. qꝛ deo ei⁹ misteriū est acceptū Et iterū vox ad eū. Quare iter ceteros scōs ad eū maxie tu venisti. Et ille. qꝛ in me spēalem deuotionē habuit. et locū vbi corp⁹ meū qescit deuotōe sedula visitauit. Et ideo veni eū in hora sui exitus visitare. Et ecce qdā albati totā domū impleuerūt. Quibus ait marc⁹. Quare huc venistis. Et illi. Ut istius aiam in cōspectu dni pntem⁹. Euigilās aūt pdict⁹ frater p priore domus: a quo ego ista audiui: ɔtinuo misit. et oia q viderat sibi recitans Cū multo gaudio in domino feliciter obdormiuit. LVIII.

De sancto marcellino papa

Marcellin⁹ ānis nouē et mēsib⁹. iiii. romanā ecclīam rexit. Hic iussu dyocleciani et maximiani capit. et ad sacrificādū adducit Cū aūt n assentiret. et ex hoc diuersorū tormētorū genera sustinere deberet metu passiōis duo grāna incēsi in sacrificio posuit Tūc magna adest infideliū leticia. sꝫ fideles ingēs tristicia pcussit. Uerū tn capite infirmato fortiora mēbra resurgūt. et minas pncipū puipēdūt. tūc fideles ad summū pōtificē ɔueniūt. et ipm plurimū redarguunt. Quod

ille cernens in cōcilio epoꝝ se supposuit iudicādū. Ad quem illi. absit vt sūm⁹ pōtifex ab aliq̄ iudicet. s; tu in te collige cām tuā. ꝛ ꝓprio ore te diiudica. Ipse aūt iā penitēs plimū ingemuit. ꝛ seipm deposuit. s; tn̄ eū oīs turba iteꝝ reelegit. Qd̄ cesares audiētes iteꝝ eū capi fecerūt ꝛ dū nullaten⁹ sacrificare vellet. eū decollari mādauerūt. Et iteꝝ creuit furor hostilis. vt infra mensē. xvii. milia xpianoꝝ pimerent. Marcellin⁹ aūt dū decapitari deberet se xpiana sepultura indignū esse asseruit. ꝛ ideo oēs q̄ se sepelire p̄sumerēt: excōicauit. Quaꝓpter corp⁹ ei⁹ insepultū. xxxv. dieb⁹ remāsit. Post hoc beat⁹ petr⁹ apl's marcello successori eius appuit dicens. Frater marcelle q̄re nō sepelis me. Cui ille. Nonne dudū sepult⁹ es dn̄e. Cui apl's. me insepultū reputo q̄diu marcellinū insepultū videro. Cui ille. Nōne dn̄e nosti. q2 ille oēs q̄ eū sepelirent anathematizauit. Cui petrus. Nōne scriptū est. qui se humiliat exaltabitur. Un̄ hoc attendere debuisti. vade igit ꝛ ipm ad pedes meos sepelias. Qui statim iuit ꝛ iussa laudabiliter cōpleuit. LIX.

De sancto vitali

Vitalis q̄si viuēs talis. q2 q̄lis viuebat exteri⁹ in ope. talis erat int⁹ in corde. Uel vitalis a vita. Ul' vitalis viuens alis. i. tuēs se alis virtutū. ipse em̄ fuit tāq̄ vnū de aīalibus dei q̄ vidit ezechiel. hn̄s in se q̄tuor alas. sc; alā spei q̄ volabat in celū. alam amoris q̄ volabat in deū. alā timoris q̄ volabat in infernū. alā cognitōis q̄ volabat in seipsum. Eius passio in libello geruasii ꝛ prothasii reperta fuisse putatur

Uitalis miles cōsularis. ex valeria vxore geruasiū ꝛ ptasiū genuit. Hic cū paulino iudice rauennā ingressus. cū quēdā ibidē xpianū medicū noīe vrsicinū: post multa tormtoꝝ genera iussū decollari videret. Et ille medic⁹ nimiū expauiss;. exclamauit ad eū sanct⁹ vitalis dicens. noli frater vrsicine medice qui alios curare consueuisti te ipm eterna morte occidere. ꝛ qui ad palmā martirii p multas passiōes venisti. noli coronā amittere tibi a deo patā. Qd̄ vrsicin⁹ audiens confortat⁹ est. ꝛ de pauore suo penitēs martiriū libēter accepit. Sanct⁹ aūt vitalis eū honorifice sepeliri fecit. ꝛ p⁹ hoc ad paulinū dn̄m suū vltra venire cōtēpsit. Ille vero nimiū indignat⁹. tū q2 ad se venire noluit. tū q2 vrsicinū sacrificare volentē retraxit. tamen quia cristianum se esse ōndit. iussit eū in eculeū leuari. Cui dixit vitalis. Stultissimus es si me putas decipe q̄ alios sp studui liberare. Et ait paulin⁹ mīstris. Ducite eū ad palmā. ꝛ si sacrificare noluerit. foueā ꝓfūdissimā donec peruenitis ad aquā ibidē facite. et ibi eū viuum et supinu; sepelite. Qd̄ et fecerūt. et btm̄ vitalē ibidē viuū sepelierūt. Sub nerone q̄ cipit circa annū

dñi.lvii. Sacerdos aũt q̃ hoc cõsiliũ dederat stati a demone arrept⁹ p.vii. dies insaniẽs in illo loco exclamabat dicens. Incẽdis me sancte vitalis. Die aũt. vii. in flumẽ a demõe p̃cipitat⁹ miserabil'r expirauit ¶ Vxor aũt sci vitalis cũ mediolanũ rediret: inuenit q̃sdã ydolis imolãtes. q̃ cũ eã hortarent̃ vt ydolis imolata cõmederet. r̃ndit. xp̃iana sũ nõ lic; mihi de v̄ris sacrificiis mãducare. Q̃d illi audiẽtes. tã dire eã verberauer̃t q̃ hoĩes sui q̃ cũ ea erãt vsq; mediolanũ eã semiuiuã dedu xerũt. vbi infra triduũ feliciter migrauit ad dñm. LX A

De virgine quadã antiochena

Virgo quedã fuit antiochie cui⁹ hystoriã ambro.in.ii.li.d̃ virginib⁹ recitat in hec verba. Antiochie nup̱ virgo quedã fuit fugitãs publici visus ḋñtatõ;. S; q̃ mag̃ viro; vitabat ocu los. icẽdebat affect⁹eo ãpli⁹ ĩpudicos. Pulcritudo eñi audita nec visa plus desiderat̃ duob⁹ stimulis cupidita:tũ amoris ⁊ cognitõnis dũ et nihil occurrit q̃d min⁹ placeat. ⁊ plus putatur esse q̃d placeat. q̃d nõ in dex ocul⁹ explorat. s; anim⁹ amator exoptat Itaq; scã virgo ne diuti⁹ aleret̃ potiẽde spes cupiditatis. integritatẽ pudoris p̱fessa sic restrixit imp̱bo; facies vt iã ñ amaretur: s; p̱deret̃. Ecce p̱secutio. Puella fu gere nescia. etate pauida. ne incideret in insidiatores pudoris aĩm ad virtutẽ parauit. tã religiosa vt mortẽ ñ timeret. tã pudica vt mortẽ expe ctaret Venit eñi corone dies maxĩa oĩm expectatõ. p̱ducitur puella du plex p̱fessa certamẽ: ⁊ castitatis ⁊ religiõis. S; vbi viderũt cõstãtiã p̱fes sionis. metũ pudoris. paratã ad cruciat⁹. erubescentẽ ad aspect⁹. excogi tare cepũt quẽadmodũ spe castitatis religionẽ tollerent. vt cũ id abstu lissent q̃d erat ampli⁹ etiã id eripẽt̃ q̃d derelinq̃rẽt. Aut sacrificare vir ginẽ: aut lupanari p̱stitui iubẽt. Q̃uo colũt deos suos q̃ sic vindicãt. ã quẽadmodũ ipi viuũt q̃ ita iudicãt. Hec puella nõ q̃ de religiõe ambi geret. s; q̃ de pudore trepidaret ipsa secũ inquit. Quid agim⁹ hodie. aut martir: aut virgo: altera nobis inuidet̃ corona. S; nec virgĩs no men agnoscit̃ vbi virgitatis autor negatur. Nã quẽadmodũ virgo si meretricẽ colas. quẽadmodũ virgo si adl'te; diligas. q̃;admodũ virgo si amorẽ petas. tolerabili⁹ ẽ mẽtẽ virginẽ q̃ carnẽ h̄re Vtrũq; bonũ si liceat: ⁊ si ñ liceat. saltẽ ñ homĩ caste s; deo sim⁹ Et raab meretrix fuit s; postq̃ dño credidit salutẽ inuenit. Et iudith se vt adultero placeret ornauit. q̃ tñ q̃r hoc religiõe nõ amore faciebat. nemo eã adulterã iudi cabat. Bene successit exemplũ. nã si illa q̃ se cõmisit religiõi ⁊ pudorem seruauit: ⁊ patriã. fortassis ⁊ nos seruãdo religiõ;: seruabim⁹ etiã casti tatem. Q̃d si iudith pudicitiã religioni p̃ferre voluiss; p̱dita p̄ria etiã pudicitiã p̱didiss;. Itaq; talib⁹ informata exẽplis sil'aĩo tenens verba dñi q̃bus ait. q̃cũq; p̱diderit aĩam suã p̱pter me inueniet eam. fleuit ⁊

tacuit,ne eā vel loquētem adulter audiret:nec pudoris elegit iniuriam sꝫ xp̄i recusauit. Estimate vtrum adulterare potuerit corpe q̄ nec voce adulterauit. Iā dudū verecūdebatur orō mea.ꝛ q̄si adire gestoꝝ seriē crimiosā atqꝫ explanare formidat. Claudite aures virgīes dei.ducit puella dei ad lupanar. Sꝫ apite aures virgīes dei.virgo ꝓstitui pt:ad ulterari nō pt. Ubicūqꝫ dei virgo est:tēplū dei est.nec lupanaria infamāt castitatē:sꝫ castitas etiā loci abolet infamiā. Ingēs petulātiū cōcursus fit ad fornicē. Discite martiꝝ miracula scē virgīes.discite locorū vocabula. Clauditur intus colūba:strepūt accipitres foris. Certāt sinǵli:q̄ p̄dā p̄mꝰ inuadat. At illa māibꝰ ad celū leuatis:q̄si ad domū orōnis venissꝫ.n̄ ad libidīs diuersoriū.xp̄e inq̄t domuisti virgini feros leones:potes domare etiā hoīm feras mētes. Chaldeis rorauit ignis:iudeis sese vnda supēdit:misericordia tua n̄ natura sua. Susāna ad suppliciū genua flexit:ꝛ de adulteris triūphauit. Aruit dextra q̄ tēpli tui dona violabat. Nūc tēplū ip̄m attrectaṫ tuū: ne patiaris incestū sacrilegii:q̄ n̄ passus es furtū.bn̄dicatur ꝛ nūc nomē tuū:vt q̄ ad adulteriū virgo veni:virgo discedā. Uix ꝯpleuerat orōꝫ:ꝛ ecce miles spē terribilis irrupit:queādmodū virgo tremuit.cui ppl's tremens cessit. Sꝫ illa n̄ imemor lcōis.ꝛ daniel inq̄t suppliciū susanne spectaturꝰ aduenerat.ꝛ quā ppl's dānauerat:vnꝰ absoluit. Potest ꝛ in hoc lupi habitu ouis latere.hꝫ ꝛ xp̄s milites suos:q̄ etiā legiōes hꝫ. Aut fortasse ꝑcussor intrauit:ne verearis aīa:ꝛ tales solēt martires facere O virgo fides tua te saluā fecit. Cui miles.q̄so ne paueas soror.huc veni saluare aīam n̄ ꝑdere.serua me:vt ip̄a serueris. Quasi adulter ingressus:si vis martir egrediar.vestīmta mutemꝰ.ꝯueniūt mea tibi:et tua mihi. sꝫ vtraqꝫ xp̄o. Tua vestis me veꝝ militē faciet.ꝛ mea te virginē. Bn̄ tu vestieris.ego meliꝰ exuar:vt me ꝑsecutor agnoscat. Sume hitūꝫ q̄ abscōdat feminā.trade q̄ ꝯsecret martirē Indue clamidē que occultet mēbra virgīs:ꝛ seruet pudorē.sume pileū q̄ tegat crines.abscōdat ora solēt erubescere q̄ lupanar intrauerīt. Sane cū egressa fueris ne respicias retro.memor vxoris loth q̄ naturā suā:q2 ipudicos licꝫ castis oclis aspexit:amisit.nec vereare ne q̄d peat sacrificio. Ego ꝓ te hostiā deo me reddā.tu ꝓ me militē xp̄o hn̄s bonā miliciā castitatis.q̄ stipēdiis militat sempiternis.loricā iusticie:q̄ sp̄uali munimine corpus induat.scutū fidei q̄ vulnꝰ repellas.galeā salutis.ibi em̄ est p̄sidiū n̄re salutis vbi est xp̄s.qm̄ ml'ris caput est vir.virginū xp̄s Et inter hec verba clamidē exuit.suspectꝰ tn̄ adhuc hitus ꝛ ꝑsecutoris ꝛ adulteri Uirgo ceruicem.clamidē cepit miles offerre.q̄ pōpa illa:q̄ gr̄a.cum in lupanari de martirio certarent. Addātur ꝑsone miles ꝛ virgo. De dissiles inter se natura.sꝫ dei miseratōe ꝯsiles:vt cōpleatur oraculū:tūc lupi ꝛ agni siṁ pascenṫ. Ecce agna ꝛ lupꝰ n̄ solū siṁ pascūtur.sꝫ etiā imolantur.q̄d pl'a.

Mutato bitu euolat puella de laq̄o. iā nō suis aliſ vtpote q̄ ſpūalibus
ferebatur. Et ꝙ nulla vnꝗ̄ viderīt ſecl'a. Egreditur de lupanari virgo
xp̄i. At illi q̇ videbāt oculis. ⁊ nō videbāt corde. ceu raptoreſ ad agnā
lupi fremuere ad p̄dā. vnꝰ q̇ erat īmodeſtioꝛ introiuit. Sꝫ vbi bauſit o
culis rei textū. q̇d boc inq̄t eſt. puella ingreſſa eſt: vir videt̄. Ecce nō fa
buloſū illud: cerua ꝓ virgīe. ſꝫ q̇d veꝝ eſt miles ex virgine. At etiā au
dierā ⁊ nō crediderā ꝙ aquas xp̄s in vina cōuertit. iā mutare cepit ſe
xū. Recedamꝰ binc dū adbuc q̇d fuimus ſumꝰ. Nunq̇d ⁊ ip̄e mutatuſ
ſū q̇ aliud cerno ꝙ̄ credo. Ad lupanar veī cerno vadimoniū. ⁊ tn̄ dum
mutatꝰ egrediar. pudicꝰ exibo q̇ adulter intraui. iudicio rei: qꝛ debeba
tur tāto corona victori. dānatꝰ eſt ꝓ virgīe q̇ ꝓ virgīe ꝯp̄bēſus eſt. ita
de lupanari n̄ ſolū virgīes: ſꝫ etiā martires exierīt. ¶ Fertur puel
la ad locū ſupplicii cucurriſſe. certaſſe ābos d̓ nece. Cū ille diceret. ego
ſū iuſſus occidi. te abſoluit ſn̄ia qn̄ me tenuit. At illa clamauit. n̄ ego te
vadē mortis elegi: ſꝫ p̄ſidē pudoriſ optaui. ſi pudoꝛ q̄rit̄ manet ſexꝰ. ſi
ſanguiſ exponit̄: fideiuſſorē n̄ deſidero. Vn̄ diſſoluā babeo. in me lata ē
ſn̄ia: q̄ ꝓ me lata eſt. Certe ſi pecunie te fideiuſſorē dediſſem. ⁊ abſente
me iudex tuū cēſū feneratori adiudicaſſꝫ. eadē me ſn̄ia ꝯuinceres meo
p̄rimonio ſoluere tuos nexꝰ. Si recuſarē: q̇s me indignā morte cēſeret
q̄to maioꝛ eſt capitis bꝰ cēſura. Moriar innocēs: ne moriar nocēs. Ni
bil mediū eſt bodie. aut rea ero ſanguis tui. aut martir mei. Si cito re
dii: q̇s me audeat excludere. ſi morā feci: q̇s me audeat abſoluere. plꝰ
legibꝰ debeo rea n̄ ſolū fuge mee: ſꝫ etiā cedis aliene. Sufficiūt mēbra
morti: q̄ n̄ ſufficiebāt iniurie. Eſt in virgīe vulneri locꝰ: q̇ n̄ erat contu
melie. ego opprobriū declinaui: n̄ martiriū. Tibi ceſſi veſtē: n̄ ꝓfeſſiōꝫ
mutaui. ꝙ ſi mibi p̄ripis mortem: n̄ redemiſti me. ſꝫ circūueniſti. Caue
q̄ſo ne ꝯtēdas. caue ne ꝯ̄dicere audeas. Noli eripe bn̄ficiū q̇d dediſti
Dū mibi bāc ſn̄iam negas: illā reſtituis ſupiorē. ſn̄ia em̄ ſn̄ia ſupiore
muta t̄ ſi poſterioꝛ me n̄ tꝫ: ſupioꝛ ſn̄ia tꝫ. poſſumꝰ vtriqꝫ ſatiſfacere ſn̄ie
ſi me p̄riꝰ patiaris occidi. In te bn̄t aliā ꝙ̄ exerceāt penā in virgīe ob
noxius pudorē. Itaqꝫ gl'ioſioꝛ eris: ſi videaris de adultera martirem
feciſſe. ꝙ̄ de martire adulterā reddidiſſe. Quid expectatis duo conten
derīt. ⁊ ambo vicerīt. nec diuiſa eſt corona: ſꝫ addita. Ita ſci martires in
uicem ſibi bn̄ficia cōferentes. altera ꝑncipiū martirio dedit. alter effe
ctū ¶ At etiā pboꝝ ginaſia damonē ⁊ ſintbiā pictagoreos icolaſ
ferūt. q̊ꝝ vnꝰ cū eſſꝫ morti adiudicatꝰ ꝯmēdādoꝝ ſuoꝝ tēpus popoſcit
Tirānus aūt aſtutiſſimꝰ cū repiri nō poſſe exiſtimaret. petiuit vt ſpon
ſorē daret q̇ ꝓ ſe feriretur ſi ipſe morā faceret. Quid de duobꝰ p̄clariuſ
neſcio: vtrūqꝫ p̄claꝝ. alter vadē mortis inuenit. alter ſe obtulit. Itaqꝫ
cū reꝰ morā ſupplicio faceret fideiuſſoꝛ ſereno vultu mortē n̄ recuſauit.
Cū duceret̄ amicꝰ reuerſus ē. ceruicē ſubſtituit. colla ſubiecit. Tūc am

mirat⁹ tirān⁹ cariorē p̄bīs amicitiā q̄ vitā fuisse: petiuit vt ip̄e ab ip̄is quos damnauerat in amicitiam recipetur. tantam virtutis esse gr̄am vt tirānū inclinaret. Digna laud̄: sȝ minora nr̄is. nā illi ambo viri. hic vna virgo q̄ p̄mo etiā sexū vinceret. Illi amici. isti incogniti. Illi tirāno vni se obtulerūt. isti tirānis plūb⁹: ac etiā crudeliorib⁹. q̄ ille pepcit isti occiderūt. Inter illos in vno obnoxia necessitas. in his ambor̄ volūtas libera. Hoc q̄ȝ isti prudētiores. q̄ illis studii sui finis amicitie gr̄a istis corōa martirii. Illi em̄ certauerūt hoībus. isti dn̄o. Hec ambrosi⁹

De sancto petro nouo martire LXI.

Petr⁹ interp̄taf agnoscēs vl' discaltiās. Uel dr̄ petr⁹ a petros q̄d est firmū. Per hoc intelligūtur tria p̄uilegia q̄ fuerūt i btō petro. Fuit em̄ p̄dicator egregi⁹. ⁊ iō dr̄ agnoscēs. q̄ ⁊ pfectā scriptura⁊ noticiā habuit. ⁊ in p̄dicatiōe q̄d cuiq̄ȝ cōueniret: agnouit. Secūdo fuit virgo purissim⁹. ⁊ iō dr̄ discaltiās. q̄ a pedib⁹ suar̄ affectionū omnē amorē mortuū discalciauit ⁊ exuit. vt n̄ solū corpe sȝ etiā mēte virgo esset. Tercio fuit martir dn̄i gl'iosus. ⁊ inde fuit firm⁹. q̄ martiriū p defensiōe fidei constanter sustinuit. ·B·

Petrus nou⁹ martir de ordie p̄dicator̄. fidei pugil egregi⁹. de ciuitate veronensi extitit oriūdus. Hic tāq̄ splendidū lumen de fumo. liliū candens de sentibus. rubēs rosa de spinis exoritur. dum de pentibus p errorem excecatis. lucid⁹ p̄dicator exurgit. ⁊ de sautiatis mente corpeq̄ȝ corruptis virginale decus pcedit. ac de spinis. id ē eterno incendio deputatis inclitus martir ascendit. Parentes nanq̄ȝ suos infideles ⁊ hereticos beat⁹ petr⁹ habuit. a quor̄ tn̄ errore se penitus mundū seruauit. ¶ Cū aūt adhuc septē essȝ ānor̄: ⁊ a scolis rediret a patruo suo q̄ heresim sapiebat q̄d nā in scol' didicerit: interrogatur. Qui rn̄dit se didicisse credo in deū p̄rem oīpo. crea. celi ⁊ ter. ⁊c. Et ille Noli dicere creatorem celi ⁊ terre. cū ip̄e visibiliū creator nō fuerit. sȝ dyabolus oia ista q̄ vidētur creauerit. Ipse vero puer se poti⁹ velle dicere sicut legerat affirmabat. ⁊ sicut scriptū erat se poti⁹ credere velle dicebat. Tūc ille p autoritates hoc ei psuadere vt poterat nitebatur. Quas oēs puer sp̄ūscō replet⁹ sic ↄtra eū cōuertit. eūq̄ȝ pp̄rio gladio interemit. vt ille q̄ diuerteret n̄ hr̄et. q̄ indigne ferēs a puero se cōfusū p̄ri totū q̄d inter se gestū fuerat retulit. ⁊ vt petrinū a scolis remoueret modis oīb⁹ psuasit. Timeo em̄ ait ne cū petrin⁹ bn̄ fuerit eruditus ad meretricē illā romanā eccl'iaȝ se cōferat. ⁊ sic fidē nostrā destruat et cōfūdat. Qui nesciēs ver̄ dixit dū per̄ hereticor̄ pfidiā destructur̄ eē tanq̄ alter cayphas pphetauit. Sȝ q̄ res a deo fiebat. pater fr̄is monitis assensū n̄ p̄buit sperās q̄ p aliquē hr̄siarchā ad suā sectā eū trahi faceret cū in gramaticalib⁹ fieret erudit⁹. ·B· ¶ Uidēs igit̄ puer sāctus n̄ esse tutū cū scorpiōib⁹ hitare. mūdū pētesq̄ȝ despiciēs. mūd⁹ ip̄e fratr̄ p̄dicator̄ ordinem introiuit. In quo quidem ordine q̄ laudabiliter vixerit innocentius papa in sua epistola apit dicēs. Cum em̄ beatus petr⁹ a mūdi fallaciis i adolescētie ānis puide decliasset ad ordinē

frequentiā viderent corp⁹ ei⁹ plurimuꝫ venerari. indignati loculo plum beo positum in mare p̄cipitauerūt. qd̄ diuino nutu ad insulā p̄dictam de uenit. Cū igitur saraceni eius ossa dispsissent. illis recedentib⁹ apparuit apostolus cuidā monacho dicens. Surge ⁊ collige ossa mea q̄ dispersa sunt. Cui ille. Qua ratōe ossa tua colligere. aut aliqueꝫ tibi honorem ex hibere debemus. cū nos deleri pmiseris. nec auxiliū nobis impenderis Cui ille. Per multū tp̄is meis meritis dn̄s pp̄lo huic pepcit. Sed eorū peccatis nimis inualescentib⁹ ⁊ vsqꝫ ad celū clamantib⁹. iam p eis non potui veniā obtinere. Sꝫ cum monach⁹ sibi diceret. quomō inter tot ali orum ossa sua qn̄qꝫ inuenire posset. ait. Nocte ad ea colligenda ibis et ea q̄ vt ignem splendentia videris ptinus hec leuabis. Qui oīa vt dixe rat inueniens apl'i ossa leuauit. ⁊ sup q̄ndam nauem cōscendens bn̄uen tum q̄ est metropolis apulie ea trāstulit. Nunc autē dicitur ꝙ sint rome licet beneuentani se adhuc corp⁹ illud habere affirment ¶ Cum q̄daꝫ mulier vas plenū oleo attulisset. vt in lāpadem beati bartholomei pone retur. q̄ntumcunqꝫ vas sup lāpadem inclinarēt. nil ex eo exire valebat. cum tn̄ digitos in vas mitterent. ⁊ oleum liq̄duꝫ omnino palparēt Tūc q̇dam exclamauit. Puto ꝙ apostolo acceptum nō est vt hoc oleū in suā lampadem infundatur: Quapp̄ter in aliam lampadem infuderunt et p tinus oleū emanauit. ¶ Cum impator frideric⁹ beneuentuꝫ de strueret ⁊ omēs eccl'as q̄ ibidem erant dirui mādasset. ciuitatem totam ad alium locū trāsferre intendens. vir q̇dam quosdam viros albatos et fulgentes inuenit q̇ ad inuicem loqui ⁊ inter se aliqua tractare videban tur. Qui cū vehemēter admirans q̇ nam essent interrogasset vn⁹ eorum respondit. Iste est bartholome⁹ apostolus cum ceteris sanctis quorū in hac vrbe ecclesie habebātur. Qui insimul cōuenerunt vt inter se inqui rerent ⁊ tractarent q̄li pena esset ille plectendus q̇ eos de habitacul' suis eiecit. Et iam inter eos inuiolabili sentētia est firmatum vt ille sine mo ra ad iudiciū dei accedat. de his omnibus in eius iudicio responsurus. Post modicum vero tempus dictus imperator miserabiliter vitam fini uit. ¶ Legitur in quodam libro de miraculis sanctorum ꝙ q̇dam ma͠gi ster festum sancti bartholomei omni anno solenniter celebrabat. Cui p̄ dicanti dyabolus in specie cuiusdam puelle admodum specōse appuit. quā iniectis in eam oculis ad prandiū inuitauit. Qui dum in mensa cō sisterent illa in amorem suū multum eum allicere nitebatur. beatus bar tholomeus in spē pegrini p̄ foribus affuit. et vt amore sancti bartholo mei introduceretur obnixius flagitauit. Qua dissuadente panis ei mit titur. Sed ille hunc accipe recusauit. Rogauit tn̄ magistꝛ p nunciuꝫ vt sibi diceret. q̇d magis in homīe pp̄rium esse putaret Cui cum ille diceꝛ risibile. puella respondit. Imo peccatū cuꝫ quo homo cōcipitur nascitur atqꝫ viuit. Cui bartholomeus respondit ꝙ ille bene intulit. sed mulier

ꝓfundi⁹ indagauit. Secūdo dict⁹ pegrinus maiistro misit. vt sibi diceret qs locus vnius pedis esset vbi deus in terra maiora miracula ostendisset Cui cum ille diceret locus crucis in quo deus mirabilia operatus est. illa ait. Imo caput hominis in quo quasi minor mund⁹ existit. Utrorumqȝ sententiā apl'us approbauit. Tercō inq̄siuit quāta distantia esset a summo celi vsqȝ ad ꝓfundum inferni. Cui cum maiister se nescire diceret. illa ait. Modo video ꝙ pcipitor Sed ego hoc noui. quia de altero ad alterum decidi. ⁊ oportet ꝙ hoc tibi ostendā. Tūc dyabolus cum magno eiulatu se in abissum pcipitauit. Et dum q̄rerent pegrinū. minime inuenerunt. Simile fere legitur de beato andrea. ❡ Beat⁹ āt ambro. in pfatōe quā fecit de illo aplo eius legendā abbreuiās ita dicit. Discipulis xpe tuis vnica diuinitate pdicantib⁹ trinitatem tuā mundo. mirabiliter dignatus es ostēdere maiestatem. Inter q̄s beatissimum bartholomeum magna virtutum ꝓrogatiua colendum benigna tui ꝓspectō ad ppl'um direxit longinquū. quē licet penitus humana ꝯuersatōe remotū. tibi tñ pdicatōnis augmento meruit cōsignare vicinum: O quātis pconiis apl'um mirabilē celebrādum. cui dum ad seminandū fidem. ꝓximorum corda nō sufficerent populoꝝ. alatis quasi vestigiis extremos terrarum fines penetrauit indoꝝ. Cum languentiū innumera caterua templum ingress⁹ demoniacū. effecit ilico vt nullū cultorib⁹ demon pberet respōsum. O q̄ȝ mira virtutū ipius insignia dū humana voce verbosātem cōtra se aduersariū solo iussu laceratis diutissime viris reddidit mutum. Reginā dyabolica cōtagione lunaticam liberauit. puellamqȝ solutis nexib⁹ patri repsentauit sanissimā. O q̄ȝ sublime sanctitatis eius miraculum dū antiquum humani generis inimicū. suū fecit in nihilū redigere simulacꝝ. O q̄ȝ digne exercitui numerādus celesti. cuius. vt miraculis fidem ꝯmodaret certissimā. angel⁹ apparuit supna delaps⁹ ab aula Is igitur catenatū demonē cunctis ostentans deformem. salutiferā saxo dn̄icam impsserat crucem. Rex reginaqȝ sil' baptisantur cum gente. vrbiūqȝ. xii. accole te deum prem corpe sequūtur ⁊ mente. Ad extremū vero temploꝝ delatu pontificū neophici polemii frater tirānus beatū aplm omnimode in fide cōstātem. cesum atqȝ excoriatum acerrimam fecit suscipe mortem Qui tante mortis viriliter pferendo discrimen. gl'osi certamis ad celeste gaudiū reportauit triumphū. Hucusqȝ ambrosi⁹. ❡ Beat⁹ aūt theodor⁹ abbas ⁊ doctor pcipuus de hoc apl'o inter cetera sic ait. Apostolus dei bartholome⁹ pmum in licaonia pdicauit. postmodum in india. ad vltimū in albana vrbe. s. maioris armenie. vbi pmo excoriat⁹. tandem capite plexus. ibidem sepultus est. Qui dum ad pdicandum mitteretur a dn̄o vt opinor audiuit. Uade discipule meus ad pdicandum. exi ad pugnandum. capax esto piculorum. ego paternuȝ op⁹ consummaui. primus testis factus. Uas quod necessarium est imple.

Imitare magistrum tuū. emulare dn̄m tuū. Sanguinē sanguib⁹ pone. carnem carnib⁹ trade. q̄ p te pass⁹ sustinui patere. Arma sint tibi benignitas in sudorib⁹. mā̄suetudo inter maleficos. patiētia in his qui pereunt. Nō refutauit apl'us sz vt famulus fidelis domico acq̄escens p̄cepto p̄git gaudēs tāq̄m lux mūdi vt tenebrosos illuminaret. tanq̄z sal terre vt gentes insipidas saliret. tanq̄z agricola vt spūalem agriculturam perficeret. Petr⁹ quoq̄z apl'us docet natōes. sz bartholomeus ꝯsequēter paria inuestigat. Petr⁹ opatur ꝑdigia mag̃. sz bartholome⁹ facit mirabilia valida. Petr⁹ capite deorsum crucifigit̄. bartholome⁹ postq̄z viu⁹ excoriat⁹ est capite plectitur. Ad quot valz petrus capescēda misteria. ad tot bartholome⁹ sufficit penetrāda. eq̄liter fecūdat eccl'am eq̄ lance habuit ⁊ cetera diuina carismata. Hic ex diuio duodenario numero medius ex vtraq̄z parte sonū diuine ꝑmocinatōnis dat sicut in cithara armoniam. Omēs apl'i vniuersitatē sibi diꝑtientes p̄tores regis regū cōstituti sunt. Huic āt est sors ⁊ portio armenie. loc⁹ q̄ est ab euilath vsq̄z ad gabaoth. distributa. Igitur vide eū lingue aratro ratōnabilia rura sulcātem. fidei verbū in ꝑfundo cordis recōdentē. padisos et vineas domi plantantē. singul' passionu3 remedia medicinalit̄ inserentē. spinas inutiles euellentē. siluas impietatis secare. sepes dogmaticas circūponere. Sed q̄les mercedes creatori obtulerūt. Utiq̄z ꝑ honore inhonorātiam ꝑ bn̄dictōne maledictōem. ꝑ munerib⁹ penas. ꝑ req̄escibili vita amarissimam mortē. Na3 postq̄z intolerabilia tormēta subiit. ab eis decoriat⁹ in more3 follis fuit. Nec postq̄z migrauit ab hoc mundo neglexit occisores. sed inuitabat miraculis ꝑditos. ⁊ ꝑdigiis admittebat aduersos. sed bestialem mentē nil erat qd̄ ꝯpesceret. nil quod a malo retraheret. Quid decetero faciūt. Insaniūt contra illud sacrū corp⁹. Respuunt egroti medentem. orbati manuducentē. ceci ductorem. naufragi gubernatorem. mortui viuificatorē. Et hoc quō. Proiiciūt nanq̄z in pelag⁹ corp⁹ sct̄m.

Mota est igitur cū impetu de regionib⁹ armenie archa cū q̄tuor alioꝝ martiꝝ archis. que sil'r dum signa oparentur cum ea fuerant in mare ꝑiecte. et p tm̄ spacium maris quatuor his p̄cedentib⁹ ⁊ tanq̄z ministris obsequiū quodam mō apl'o facientibus. venerunt in ptes sicilie in insulam q̄ liparis nuncupatur. sicut epo hostiensi q̄ tunc p̄sens erat reuelatum fuit. Uenit ad pauperculam thesaurus ditissimus. Uenit ad ignobilem p̄ciosissima margarita. Uenit ad mestam splendidissimum luminare. Aliis igitur q̄tuor ad diuersas terras euntib⁹ sanctū apl'm i dicta insula reliquerūt. Eteni p̄dictos q̄tuor martires apl's relinquens retrorsum vnū sc3 papinū in ciuitatē sicilie milas. aliū vero lucianū nomine messinā trāsmisit. reliquos vero duos in calabritidē terrā direxit. gregorium q̄dem in ciuitatē calumnam. achacium āt in ciuitatē q̄ chale vocatur. qui vsq̄z hodie suffragiis suis splendent. Suscept⁹ est igitur cum

multis hymnis.laudibus ꝛ candelis:et templū sibi magnifice fabricarꝰ. Mons aūt vulcanus insule ꝯtiguus cum habitatoribus esset nociuus: eo ꝙ ignez emittebat:q̄si ꝑ stadia .vii.se inuisibil'r elongauit circa mare suspēsus.ita vt vsqz hodie appeat videntibꝰ q̄si figuratio fugiētis ignis Nunc igiť aue o beate btōꝝ ter btē bartholomee:q̄ es diuie luc̄ splēdoꝛ sancte ecc'ie piscatoꝛ rōnabiliū pisciuz piture capture.dulcis fructꝰ viui de palmitis.vulneratoꝛ dyaboli mundū suo latrocinio vulnerātis. Gaudeas sol oꝛbis terre cuncta illuminās.os dei lingua ignita sapiāz pmens. fons iugiter sanitates emanās:q̄ mare meabilibꝰ gressibus sanctificasti qui terrā purpureā tuo cruoꝛe fecisti:qui ad celos ꝯmeasti.vbi in medio diuine aciei refulges.in splendoꝛe immarcessibil' glie splendes.in exultatione iocunditatis insatiabilis gaudes. Hec Theodoꝛus. cxxix.

De sancto Augustino.

Augustinus hoc nomen soꝛtitus est.vť ꝑpter excellentiā dignitatis.vel ꝑpter feruoꝛē dilectōis.vel ꝑpter ethimologiā nōis Propter excellentiā dignitatis.q̄m sicut ipatoꝛ Augustꝰ ꝑcellebat oēs reges:sic ꝛ iste excellit oēs doctoꝛes:ꝫm ꝙ dicit remigius Unde alii doctoꝛes cōpantur stell' Dan.xii. Qui ad iusticiā erudiūt multos quasi stelle ꝛc̄. Hic aūt ꝯpatur soli.sicut patz in ep'la q̄ de eo cātatur Quasi sol refulgens:sic ipe refulsit in templo dei. Scđo ꝑpter feruoꝛez dilectōis:q̄m sicut mensꝭ augustus valde feruet estu caloꝛis:sic ꝛ ipe valde incaluit:igne diuini amoꝛis. Uñ ipe in libꝛo confessionū de se sic dicit Sagittaueras tu coꝛ meū charitate tua ꝛc̄. Item ibidez. Aliqñ intromittis me in affectū multū inusitatū introꝛsus nescio ad quā dulcedinē:que si ꝑficiatur in me nescio quid erit:si vita eterna non erit. Tercō propter ethimologiā nomis. Dicitur enī augustinꝰ ab augeo:et astin qđ est ciuitas.ꝛ ana qđ est sursum Inde augustinꝰ quasi augens supnaz ciuitatem Uñ de eo cantatur. Qui ꝑualuit amplificare ciuitatem ꝛc̄. De qua ciuitate ipe dicit in libꝛo.xi.de ciuitate dei. Inest ciuitati dei ꝛ oꝛigo ꝛ infoꝛmatio ꝛ beatitudo Q̄m si queratur vnde sit.deus eam cōdidit. Si vñ sapiens.a deo illuminatur. Si vnde felix.deo fruitur. Subsistens modificatur.contemplans illustratur.inherens iocundatur. Uidet ꝛ amat. In eternitate dei viget. In veritate dei lucz In bonitate dei gaudet. Uel ut dicitur in glosario.augustinus dicitur magnificus.felix.pꝛeclarus. Fuit enim magnificus in vita.pꝛeclarus in doctrina.felix in gloꝛia. Eius vitam compilauit Possidonius calamensis episcopus:vt dicit Cassiodoꝛꝰ in libꝛo de viris illustribus.

Augustinus doctoꝛ egregius.in ꝑuincia africana ciuitate carthaginensi oꝛtus.ex honestis valde parentibus.s.pꝛe patricō mr̄e monica genitus.in liberalibꝰ artibus sufficienter edoctꝰ

fuit adeo vt summus phs et rhetor luculentissimus haberetur. Nam libros Arestotil: et oms libros liberaliu artiuz quoscunqz legere potuit p se di dicit et intellexit: sicut ipe in libro confes. testatur: dicens. Omnes libros artiu quas liberales vocat tuc neqssim9 malaz cupiditatu suus p meip sum legi: et intellexi quoscunqz legere potui. Item in eod. Quicqd est de arte loqndi et disserendi. qcqd de dimesionib9 figuraz. et de musicis et de nueris: sine magna difficultate nullo hoim tradete intellexi. Scis tu dne deus meus qr celeritas intelligendi. et discendi acumen donum tuum est Sed no inde sacrificaba tibi. Veru qr scientia sine charitate n edificat sed inflat. in errorem manicheoz q xpm fantasticu fuisse affirmat. et car nis resurrectoem negant: incidit. et in eo p annos nouem du adhuc ado lescens esset pmansit. Ad has etiaz nugas adductus est vt arborem fici plorare diceret: cu ab ea foliuz vel ficus tolleretur. Cum igitur esset an noz. xix. et qndam librum cuiusdam philosophi. s. ciceronis in quo vani tas mundi contemnenda: et philosophia appetenda docebatur plegeret. ex hoc quidem liber plimu placuit: sed qr nomen ihesu xpi qd a mre imbi berat ibi non erat: dolere cepit ¶ Mater vero eius p eo plimu flebat. et ipsum ad vnitatem fidei reducere satagebat. Quada igitur vice. vt legi tur in libro tercio confes. vidit se stare in quada linea lignea licet tristem et quidam ei iuuenis astitit: et cam tante tristicie requisiuit. Que cu dice ret: Perditoem filii mei deploro. Ille respodit: Esto secura: qr vbi tu ibi ille. Et ecce cotinuo filium suum iuxta se stare vidit. Hoc cum augustino retulisset: ille ait. Falleris mr falleris: nec sic tibi dictuz est. Sed vbi ego ibi tu. Econtra illa dicebat. Non fili: michi dictum est: vbi ille: ibi tu. sed vbi tu ibi ille. Rogabat igitur sedula mater quasi importua quenda epi scopuz: sicut in eodem libro confessionu augustin9 testatur: vt p suo filio intercedere dignaretur: Qui tata quodammodo importunitate deuict9: prophetica voce respondit. Vade secura: qr impossibile e vt fili9 tantaz lacriaz pereat ¶ Cu autem apud carthaginem multis annis rhetoricaz docuisset. occulte matre nesciente: roma venit. et ibidem multos discipl'os congregauit. Cum eniz mater vsqz ad portum eum secuta fuisset. vt aut eum retraheret. aut secum iret. ipse ea decipiens: nocte latenter recessit. Quod illa mane considerans: aures dei: clamorib9 implebat. Quolibet aut die mane et vespere ad ecclesiam ibat: et p filio orabat. His tempo ribus mediolanenses a simacho prefecto romanoz petierunt sibi docto rem in rhetorica destinari. Presulabatur tunc ibi vir dei ambrosius. Et ad preces mediolanensiu illuc mittitur augustin9. Mater autem ei9 qui escere non valens cum multa difficultate ad eum venit. et ipsum iam nec vere manicheum: nec vere catholicum reperit. Cepit autem Augustin9 beato Ambrosio adherere: et eius predicatoes frequenter audire. Erat autem valde in predicatioe suspensus: ne quid contra ipsam manicheoz

heresim vel pro ipsa diceretur. Quadaz enim vice contra illum errorem ambrosius diutius disputauit: et ipsum apertis rationibus et autoritatibus cõfutauit: ita vt error ille a corde augustini penitus pelleretur. B
Quid autem post hoc sibi contigerit: ipse in libro confessionũ narrat: dicens. Cum te primũ cognoui. reuerberasti infirmitatez aspectus mei. radians in me vehementer. Et contremui amore et horrore et inueni me lõge esse a te in regione dissimilitudinis. tanq̃ audirem vocem tuam de excelso. Cibus sum grandiũ. cresce et manducabis me. Nec tu me mutabis in te sicut cibum carnis tue: sed tu mutaberis in me. Cum autez sicut ibidem refert via christi sibi placeret: sed per istam angustã adhuc ire pigeret. immisit dñs in mentem eius vt ad simplicianũ in quo lucebat lux diuina. scz grã pgeret: vt sibi actus suos secuz conferenti pferret qs eẽt aptus modus viuendi ad ambulandũ in via dei: in qua alius sic: ali9 sic ibat. Displicebat aũt ei quicquid agebat in secl'o pre dulcedine dei: et de core domus eius quam dilexit. Simplician9 aũt cepit eum hortari. ipse quoqz cepit seipsum hortari et dicere: Quot pueri et puelle intra eccl'iaz deo seruiunt: et tu nõ poteris quod isti et iste. An vero iste et isti in seips pñt et non in deo suo. Quid in te stas et non stas. proiice te in eum et excipiet te: et saluabit te. Inter hor colloquia memoria victorini in mediũ venit Unde exhilaratus simplician9 narrat qual'r idem adhuc gentil' ob sui sapientiã rome quod maximũ tunc erat: statuam in foro meruisset: et qual'r se sepius xpianũ dicebat. Cui cuz simplician9 diceret: Non credo nisi te in eccl'ia videro. ille iocando dicebat. Nunquid parietes faciũt hominem christianũ. Tandem dum ad eccl'iam venisset. et ei tanq̃ verecundo occulte liber vbi erat simbolũ fidei ad legenduz et pnunciandũ: vt tũc moris erat: datus fuisset. ille in altum ascendit: et alta voce pnunciauit. mirante roma. gaudente eccl'ia. Omnes aũt subito pstrepuẽt. victorin9 victorin9. cito sonuerũt: et cito siluerũt. Tunc etiam ab africa quidã amicus augustini nomine pontian9 supuenit: et vitam et miracula illi9 magni anthonii qui nuper in egipto sub constantino impatore defunct9 fuerat: recitauit. Hor exemplis aug9. vehementer exarsit. ita q̃ socium suũ alipium tam vultu q̃ mente turbatus: inuasit: et fortiter exclamauit. Quid patimur. quid audimus. Surgunt indocti et celum rapiunt. et nos cũ doctrinis nostris in infernũ demergimur. An q2 pcessert pudet sequi. et nõ pudet nec saltem sequi Et accurrens in quendã ortum sub quadam ficu se piecit: vt in eodem libro confes. cõmemorat. et amarissime flens: lamẽtabiles voces dabat: dicens. Quãdiu q̃diu: cras et cras. sine modo sine paululum. Modo non habebat modum: et sine paululũ pdibat in longinquũ. De hac sui tarditate plĩmũ pquerebatur: sicut postmodũ in eodez libro scpsit. Heu michi q̃ excelsus es in excelsis: et q̃ pfundus in pfundis et nusq̃ recedis et vix redimus ad te. Age dñe et fac et excita et reuoca

nos. Accede et rape et fragra et dulcesce. Impedimentis omnibus sic timebā expediri quemadmoduz impediri timendum est. Sero te amaui pulcritudo tam antiqua et tam noua. sero te amaui. Int⁹ eras et ego foris. et ibi te querebam. et in ista formosa que fecisti deformis irruebam. mecum eras et tecum non eram. Uocasti et clamasti. et rupisti surditatem meam. Coruscasti et splenduisti. et fugasti cecitatem meā. Fragrasti et duxisti spiritum meum: et anhelo tibi. Gustaui et esurio et sitio te. Tetigisti me: et exarsi in pacem tuam. Cum autē amarissime fleret: audiuit vocem dicentem sibi. Tolle lege: tolle lege. Aperuitqz statim codicem apl'icuz: et coniectis oculis ad primuz capl'm legit. Induimini dn̄m ihesum xp̄m. Et statim om̄s ab eo dubietatis tenebre diffugerūt. ¶ Interim autem tam vehementissimo dentium dolore torqueri cepit: vt fere sicut ipe ait ad credendū opinionē cornelii pħi duceret. q. summū bonū anime in sapiētia. summū vero bonum corpis in nullū sentiēdo dolorem posuerat. Tam vehemens aūt ille dolor fuit. ꝙ etiaz loquelā amisit. Quocirca vt in libro confeß. refert. in tabulis cereis scripsit: vt om̄es pro eo orarent: vt dolorem illum dn̄s mitigaret. Ipse igitur cuz aliis genua flexit: ⁊ subito sanum se sensit. ¶ Insinuauit ergo per lrās sancto viro ambrosio suum votū vt moneret quid sibi de libris sanctis legendū esset q̄ aptior fieret fidei xp̄iane. At ipe iussit esaiā ꝓphetā: eo ꝙ euāgelii et vocationis gentium ꝓnunciator aptior videatur. Cui⁹ principiū cum augustin⁹ n̄ intelligeret. totum aliud tale esse arbitrans distulit vt illud relegeret cum in scripturis sanctis magis exercitat⁹ esset. ¶ Adueniente vero pascali tpe augustin⁹ cum esset annoꝝ. xxx. cum filio suo adeodato puero valde ingenioso: quem augustin⁹ in sua adolescentia dum adhuc gentilis ⁊ phūs esset genuerat: necnon ⁊ cum alippio amico suo meritis matris: ⁊ p̄dicatione ambrosii: sacrum baptisma suscepit. Tunc sicut fertur ambrosi⁹. Te deum laudam⁹. inquit. ⁊ augustin⁹. te dn̄m confitemur. respondit. ⁊ sic tūc ipsi duo hunc hymnū alternatim cōposuerūt: ⁊ vsqz ad finem decantauerūt. Sicut etiā testatur honori⁹ in libro suo qui d̄r speculum eccl'ie. In aliquib⁹ aūt libris antiquis titulus talis p̄ponitur. Canticum ab ambrosio ⁊ augustino cōpilatum. Protinus aūt in fide catholica mirabil'r ꝯfirmatur. spem omnem quā habebat in seculo dereliquit. et scolis quas regebat abrenūciauit. ¶ Quanta aūt dulcedine diuini amoris extunc frueretur: ipse in hoc libro confeß. aperit: dicens. Sagittaueras tu cor meum charitate tua: ⁊ gestabā verba tua transfixa in visceribus meis: et exēpla seruoꝝ tuoꝝ quos de nigris lucidos: ⁊ de mortuis viuos feceras congesta in sinuz cogitatōnis mee vrebant ⁊ consumebāt grauem torporem: ⁊ ascendenti a conualle ploratōnis: ⁊ cātanti canticū graduum dederas sagittas acutas et carbones vastatores: nec satiabar in illis diebus dulcedine mirabili considerare altitudinez diuini consilii

sup salutem generis humani. Quantum fleui in hymnis et canticis tuis suaue sonantis eccl'ie vocibus cōmotus acriter voces ille influebāt au ribus meis ꝛ eliquabatur veritas tua in cor meum: ꝛ currebant lacrime: ꝛ bene michi erat cum eis. Tunc enī in eccl'ia mediolanensi hec cantica instituta sunt. Et clamabam clamore alto cordis mei: O in pace O in id ipm. O qui dixit: dormiā et requiescā ꝛ somnū capiā. Tu es enī in idipm qui non mutaris. ꝛ in te requies obliuiscens laborꝫ oīm. Legebam totum psalmū illum: ꝛ ardebam qui fuerā latrator amarus ꝛ cecus aduersus li teras de melle celi melleas et de lumine tuo luminosas. ꝛ sup scripturas huiōi tabescebā. Christe ihesu adiutor meus ꝙ suaue michi subito est fa ctum carere suauitatib⁹ nugarum mearum: ꝛ quas amittere metus fue rat: iam dimittere gaudiū erat. Eiiciebas enī eas a me vera tu ꝛ summa suauitas. Eiiciebas ꝛ intrabas pro eis omni voluptate dulcior: sed ñ car ni ꝛ sanguini. omī luce clarior: sed omī secreto interior. omni honore sub limior: sed nō sublimib⁹ in se. B Post hoc assumptis nebrodio ꝛ euo dio et matre: ad africam remeabat. Sed cum essent apud ostia tiberina. pia mater eius defuncta est. Post cui⁹ mortem reuersus est augustinus ad agros proprios: vbi cum his qui sibi adherebant: ieiunus ꝛ oratōib⁹ deo vacabat. libros scribebat. ꝛ indoctos docebat. Fama aūt eius vbiqꝫ diffundebatur. ꝛ in omnibus libris suis ꝛ actibus admirabilis habeba tur. Refugiebat autē ad aliquam ciuitatem accedere que epō careret: ne ipm in predicto officio impediri contingeret. Eodē tpe apud ypo nem erat quidā vir magnarꝫ opum: qui augustino misit: ꝙ si ad eum ac cederet: ꝛ verbum ex ore suo audiret: seculo renunciare posset: Quod au gustinus vbi comperit: illuc concitus iuit. Audiens aūt valerius yponē sis epus famam eius: ipsum plurimū renitentē in eccl'ia sua presbiterum ordinauit. nonnullis quidem lacrimas suas superbe interpretantibus: ꝛ tanꝙ eum consolantibus: ꝛ dicentibus. quia ꝛ locus presbiterii licet ipse maiori dignus esset: appropinquaret tamen episcopatui. Qui statim mo nasterium clericorꝫ instituit: et cepit viuere ꝺm regulam a sanctis aplis constitutam. De cui⁹ monasterio fere decem episcopi sunt electi Et quia predictus episcopus erat grecus: et minus in latina lingua et literis do ctus. augustino potestatem tribuit: vt cōtra morem orientalis ecclesie co ram se in ecclesia predicaret. Unde cum multi episcopo derogarent. ille de hoc non curabat. dummodo per eum fieret quod per se fieri non vale bat. Eo tempore fortunatū presbiterū manicheū et alios hereticos pre cipue rebaptisatores donatistas et manicheos cōuicit. abstulit et confu tauit. Cepit aūt valerius formidare ne sibi augustinus tolleretur: et ab alia ciuitate in epum peteretur. Nā sibi aliquando ablatus fuisset nisi eum ad locum secretū transmittere curasset: ita vt inueniri minime po tuisset. Impetrauit igitur ab archiepō carthaginensi: vt ipse cederet: et

augustinuz yponensi ecclesie in epum pmoueret. Sed cum hoc augustinus omnimode recusaret: cōpulsus tñ et coactus succubuit: ꝛ epat⁹ curā suscepit. Quod in se fieri non debuisse: vt suo viuente epo: ordinaretur. postea et dixit ꝛ scripsit. propter concilii vniuersal' phibitōem quaz postmodum ordinatus didicit. Nec qd sibi factum esse voluit: aliis fieri voluit. Unde etiā sategit: vt in conciliis epoꝝ constitueretur: vt omnia statuta patrum ordinandis deberent ab ordinatoribus intimari. Ipse autē de se dixisse postmod legit. In illa re dñm michi sentio sic iratum sicut in hoc: ꝙ cum non essem dignus poni ad remum posuit me ad amplustre in apice regiminis eccl'ie. Uestimenta eius ꝛ calciamenta et ornamēta alia nec nitida nimiū: nec abiecta plurimuz. Sed ex moderato et competenti habitu erant. Ipse em̄ de se dixisse legitur. Fateor de preciosa veste erubesco. et ideo cum datur michi vendo eam: vt ꝙ vestis non potest esse cōmunis: precium sit commune. ¶ Mensa frugali et pca semp vsus est: et inter olera ꝛ legumina propter infirmos et hospites plerūqz carnes habebat. In ipsa autem mensa magis lectionem vel disputatōem ꝙ epulationem diligebat. et contra pestem detractōis in ea sic scriptū habebat. ¶ Quisquis amat dictis absentum rodere vitam: Hanc mensam indignam nouerit esse sibi. ¶ Nam ꝛ aliquando cum quidam sibi familiarissimi coepiscopi ad detractōnem linguam laxassent. adeo dure eos redarguit: vt diceret ꝙ nisi desisterent: aut versus ipsos deleret: aut a mensa recederet. ¶ Quadam vice cum quosdam suos familiares ad prandium inuitasset: vnus illoruz curiosior ceteris: coquinam ingressus est. Cumqz omnia frigida reperisset: reuersus ad augustinum: interrogauit. quid ciboꝝ ipse pransurus paterfamilias preparasset: Cui augustin⁹: nequaꝙ talium epulaꝝ curiosus respondit. Et ego vobiscū nescio. ¶ Tria a beato ambrosio se didicisse ait. Primū est ꝙ vxorem cuiꝙ nunꝙ peteret. Secundum ꝙ militare volentem ad hoc non cōmendaret. Terciū ꝙ ad conuiuia inuitatus non iret. Causa primi est: ne illi inter se non conueniant: ꝛ sibi maledicant. Causa secundi est: ne militātes calumniaz exerceant: et in eum alii culpam refundant. Causa tercii est: ne forte temperantie modum perdat ¶ Tante autem puritatis ꝛ humilitatis fuit: vt ipsa etiam minima peccata que apud nos nulla vel minima reputantur. in libro confess. confiteatur: ꝛ de his coram deo humil'r se accuset. Nam ibidem accusat se de eo ꝙ cum puer esset ludebat ad pilam dū ad scolas ire deberet. Item de eo ꝙ nolebat legere vel addiscere: nisi a parentibus vl' magistro vrgeretur. Item de eo ꝙ fabulas poetaruz: sicut fabulam enee cum adhuc esset puer libenter legebat. ꝛ didonem mortuaz propter amorem plorabat. Item de hoc ꝙ de cellario parentum vel mensa aliquid furabatur: vt pueris ludentibus daret. Item de eo ꝙ in ludo pueroꝝ fraudulentas victorias exercebat. Itē de eo ꝙ piruz de quadā arbore vicina

vinee sue cum adhuc esset annorum .xvi. furatus fuit. In eodem quoque libro accusat se de ipsa modica delectatione quam aliquando in comedendo sentiebat: dicens. Hic me docuisti: vt quemadmodum medicamenta sic alimenta sumpturus accedam. Sed dum ad quietem satietatis ex indigentie molestia transeo. in ipso transitu insidiatur michi laqueus concupiscentie. ipse enim transitus voluptas est. et non est alius quo transeatur: quo transire cogit necessitas. Et cum salus sit causa edendi et bibendi. adiungit se tanquam pedissequa periculosa iocunditas et plerumque preire conatur: vt eius causa fiat quod salutis causa me facere vel dico vel volo. Ebrietas longe est a me: misereberis ne appropinquet michi. Crapula autem nonnunquam subrepit seruo tuo: misereberis ut longe fiat a me. Et quis est domine qui non aliquando rapiatur aliquantulum extra metas necessitatis. Quisquis ille est: magnus profecto est. Magnificet nomen tuum. Ego non sum: qui homo peccator sum. Habebat etiam se suspectum de olfactu: dicens. De illecebra odorum non satago nimis. cum absunt non requiro. cum assunt non respuo. Paratus etiam eis semper carere ita michi videor: et forsitan fallor. Nemo enim securus esse debet in ista vita: que tota temptatio nominatur. Unde qui fieri potuit ex deteriori melior. ne fiat ex meliori deterior. Iterum de auditu confitetur: dicens Voluptates aurium tenacius me implicauerant: et subiugauerant: sed resoluisti et liberasti me. Cum michi accidit vt me amplius cantus quam res que canitur moueat. penaliter me peccare confiteor. et tunc mallem non audire cantantem. Accusat etiam se de visu: sicut de eo quod aliquando nimis libenter vidit canem currentem. et de eo quod per agrum casu transiens venationem libenter prospexit. et de eo quod domi existens. araneas muscas suis rhetibus capientes: nimis attente conspexit. Ideo autem de his coram domino confitetur. vt ibidem dicit. quia aliquando hec a bonis meditationibus auertunt: et orationes interrumpunt. Accusat etiam se de appetitu laudis: et motu inanis glorie: dicens. Qui laudari ab hominibus vult vituperante te: non defendetur ab hominibus iudicante te. nec eripietur dampnante te. Laudatur homo propter aliquod donum quod dedisti ei. et tamen plus gaudet se laudari quam donum. Temptamur his temptationibus quotidie sine cessatione. quotidiana fornax nostra est humana lingua. Veruntamen nollem: vt vel augeret michi gaudium cuiuslibet boni mei suffragatio oris alieni. Sed auget fateor non solum sed vituperatio minuit. Contristor autem aliquando laudibus meis cum ea laudant in me in quibus michi ipse displiceo: vel etiam bona minora vel leuia pluris existimantur quam existimanda sunt. ¶ Hereticos vir iste sanctus validissime confutabat. ita vt ipsi inter se publice predicarent peccatum non esse interficere augustinum: quem tanquam lupum occidendum dicebant. et occisoribus omnia peccata sua a deo dimittenda asserebant. Multas ab eis

insidias ptulit. ita vt sibi aliquo pgenti in via insidias ponerent: sed dei pvidentia itineris errore seducuntur: vt inuenire eũ nõ possent. ¶ Com paupex sp meõr erat. eisqz ex his q̃ hře poterat liberal'r exhibebat. Naz z de vasis dñicis pter paupẽs et captiuos aliqñ iubebat frangi z con flari. z indigentib⁹ dispensari. Domũ vl' agruz siue villam nunq̃ emere voluit. Multas etiam hereditates sibi dimissas respuit: eo q̃ mortuorũ filiis vel propinqs poti⁹ ipsa deberi dicebat. In his quoqz que in eccl'ia possidebat: intentus amore vel implicat⁹ nõ erat: sed die ac nocte de scri pturis et rebus diuinis cogitabat. Fabricax quoqz nouax nunq̃ studi um habuit. deuitãs in eis implicatõem sui animi quem semp liberũ ha bere volebat ab omi molestia corpali. vt libere vacare posset cõtinue me ditatõni et assidue lectioni. Non tñ illa edificare volentes phibebat: ni si forte inmoderate fieri cõspexisset. ¶ Laudabat quoqz plurimũ illos q̃ bus moriẽdi desideriũ inerat. et sup hoc trium epox exempla sepius re citabat. Ambrosi⁹ enĩ cum in extremis esset: z rogaretur vt plongatõez vite sibi pcibus obtineret: rñdit. Non sic vixi vt me pudeat inter vos vi uere: nec mori timeo: qm̃ bonũ habem⁹ dñm. Quod responsum augusti nus mirabil'r extollebat. Addebat quoqz de alio epo: cui dum diceretur eum ecclesie multũ necessariũ fore: z q̃ ideo adhuc euz dñs liberaret: ait Si nunq̃: bene. si aliquãdo. quare non modo. De alio quoqz epo aiebat cipriauum referre q̃ cum infirmitate graui laboraret adhuc sibi sanita tem restitui exorabat. Cui iuuenis speciosus apparens cum indignatõ ne infremuit z ait. Pati timetis. exire non vultis. quid faciam vobis. ¶ Feminax nullam vnq̃: nec etiã germanã. sororem. aut fratris sui fili as: que deo pariter huiebant: secum habitare pmisit. Dicebat enĩ q̃ z si de sorore vl' nepotib⁹ nulla mali posset oriri suspicio. tñ qz tales psone si ne aliis sibi necessariis esse non possent: z ad eas etiam alie aduentarent ex illis possent infirmiores aut humanis temptatõnibus cõmoueri. aut certe malis hoim suspitionibus infamari. Nunq̃ cum muliere solus lo qui volebat: nisi secretum aliquod interesset. ¶ Consanguineis sic bene fecit: non vt diuitias hřent: sed vt aut nõ aut minus egerent. Raro pro aliquo aut literis aut verbis intercedere volebat. recolens quendaz phi losophum contemplatõne fame amicis non multa prestitisse. Et sepe di cebat. Plerũqz potestas que patitur premit. Cum autem id faciebat sic stilum tẽperabat: ut onerosus non esset: sed mereretur vrbanitate dictã minis exaudiri. ¶ Volebat potius inter ignotos q̃ inter amicos cau sas audire: dicens: Quia inter illos poterat libere iniquum cognoscere. z vnum ex his amicũ esse factur⁹ pro quo scz iusticia mediãte sententiã daret. Ex amicis vero esset vnuz pditurus: scz contra quem pferret sen tentiam. ¶ A multis ecclesiis inuitabatur: et ibi verbum dñi pdicabat et multos ab errore conuertebat. Aliquando a proposito digressioné fa

cere consueuerat in pdicatione. et tunc dicebat deum hoc ad pfectum sa
lutis alicui9 ordinasse: sicut in quodam negociatore patuit: qui in predi
catione quadam augustini vbi ipe digressionem faciens contra hunc er
rorem predicauerat conuersus fuit. ¶ Eo tempore dum gothi romam
cepissent: ydolatre et infideles christianis plurimum insultabant. Pro
pter quod augustinus librum de ciuitate dei composuit: in quo iustos in
hac vita debere premi. impios autem florere ostendit. Ubi de duplici ci
uitate scilicet hierusalem et babilone et eorum regibus agit: qr rex hieru
salem christus. rex babilonis dyabolus. Quas duas ciuitates: vt ibi
dem dicit: duo amores sibi fabricant: quia ciuitatem dyaboli constru
xit amor sui crescens vsqz ad contemptum dei. ciuitatem dei: amor dei:
crescens vsqz ad contemptum sui ¶ In diebus autem eius anno scilicz
domini. ccccxl. iv andali totam africe puinciaz occupauerunt vastantes
omnia: nec parcentes sexui ordini vel etati. Post hoc autem ad yponen
sem ciuitatem peruenerut: et ipam manu valida obsederut. Sub hac tribula
tione augustinus pre ceteris sue senectutis amarissimaz et lugubrem du
xit vitam. Fueruntqz sibi lacrime eius panes die ac nocte. cum alios vi
deret occisos. alios effugatos. ecclias sacerdotibus viduatas. ciuitates
cum accolis dissipatas. Inter tot tamen mala cuiusdam sapientis senten
tia se consolabatur dicentis. Non erit magnus magnu putans q cadut
ligna l' lapides: et moriutur mortales. Conuocatis aut fratrib9 dixit eis
Ecce rogaui dominu: vt aut nos ab his piculis eruat. aut patientia tri
buat. aut me de hac vita suscipiat: ne tot calamitates videre compellar.
Et ecce tercium quod petiuit obtinuit. et tercio obsidionis mense febrib9
laborans lecto decubuit. Intelligens aut dissolutoem sui corporis immine
re. septe psal'. penitentionales sibi scribi fecit. ipsosqz in loco contra pari
etem positos lecto decubans legebat. et vbertim ac iugiter lacrimas fun
debat. Et vt deo vacaret liberius et eius intentio a nullo impediri possz
ante decem dies sui exitus nullum ad se ingredi precepit: nisi cum medi
cus ingrederetur. vel cum sibi refectio portaretur. ¶ Quida autez
eger ad eum venit: et vt sibi manum imponeret: et ab infirmitate curaret
ipsuz instanter rogauit. Cui augustin9 respondit. Quid est hoc fili quod
loqueris. Putas q si tale quid facere possez. michi hoc ipsum non cofer
rem. Ille aut instabat asserens sibi in visione pceptum esse: vt ad eum ac
cederet: et sanitatem reciperet. Uidens aut fidem eius pro ipso orauit:
et sanitatem recepit. Energuminos multos curauit: et plura alia miracu
la fecit. ¶ In libro xxii. de ciuitate dei duo miracula de se tacq de quoda
alio refert: dicens. Yponensem quandam virginem scio que cum se oleo
perunxisset: et pro illa orans pbr lacrimas suas instillauerat mox a demo
ne fuisse sanatam. In eodem etiam libro sic ait. Scio etiam epum semel
pro adolescente quem non vidit orasse: illumqz ilico demonio caruisse.

Nullū aūt dubiū videtur quin de se loq̄tur: sed humilitatis causa seipm noluit noīare. In eodem q̄z libro de ciuitate dei sic ait. ꝙ cū quidā infirmus incidi deberet: ꝛ de ei⁹ morte ob incisionē plīmū timeret: ꝛ infirm⁹ m̄ltis latrinis deū exorare: cū eo ꝛ ꝓ eo augustin⁹ orauit: ꝛ sine incisiōe aliq̄ integrā sanitatē recepit. Deniq̄z dissolutōe corpis appropīq̄nte h̄ mēoriale docuit: nullū videlz hoiem q̄ntūcunq̄z excellētis meriti sine cōfessione ꝛ eukaristia debere trāsire. Ad extremā aūt horā veniēs m̄bris oīb⁹ sui corpis incolūis integro aspectu atq̄z auditu. āno etatis sue. lxxvii epat⁹ vero sui. xl. corā positis frīb⁹ ꝛ orātib⁹ migrauit ad dn̄m. Testam̄tum nullū fecit: q2 vñ facerz paup xp̄i nō habuit. Floruit circa ānos dn̄i cccc. I Itaq̄z aug⁹. sapie lumē ꝑfulgidū. ꝓpugnacl'm veritatis. ꝛ fidei munimentū. oms eccl'e doctores taz ingenio q̄ scia vicit. incōpabil'r florēs tā exēplis virtutū q̄ affluentia doctrinaꝝ. Unde ꝛ beat⁹ remigi⁹ hieronimū ꝛ quosdā alios doctores cōmemorās sic ꝯcludit. Hos oēs doctores augustin⁹ ingenio ꝛ scia sua vicit. Nam licz hieronim⁹. vi. milia volumīa origenis se legisse fateatur. ipe tm̄ tanta scpsit: vt nō solū dieb⁹ ac noctib⁹ scribere libros ei⁹ quis nō possit: sed nec legere q̄dez occurrat Volusian⁹ aūt cui aug⁹. epl'am scripsit. sic de eo dicit. Legi dei deest q̄c;quid augustino ꝯtigerit ignorare. Hiero. q̄z in quadā epl'a scribens augustino ait. Duobus libellis tuis eruditissimis. ꝛ omni eloq̄ntie splendore fulgentib⁹ rn̄dere non potui. certe quicquid dici potuit ꝛ assumi ingenio. et de scripturaꝝ hauriri fontibus. a te positum atq̄z dißtum est. Sz q̄so reuerētiā tuā parūper patiaris me tuū laudare ingeniū. Hiero. etiā in libro de. xii. doctoribus: sic de eo scribit. Augustin⁹ epus volans per montiū cacumina q̄si aquila. ꝛ ea que sunt in montiū radicib⁹ non considerans multa celoꝝ spacia. terrarūq̄z situs: ꝛ aquaꝝ circuluz claro s̄mone ꝓnunciat. Deniq̄z in quāta cū reuerentia ꝛ dilectōe hiero. habuit. patet in epl'is quas eidem misit: In quaꝝ vna sic dicit. Dn̄o sancto ac beatissimo pape augustino hieronim⁹. Omni q̄dem tpe beatitudinē tuaz eo quo decet honore venerat⁹ sum. ꝛ habitantē in te dilexi dn̄m saluatorem Sed nunc si fieri pōt cumulo aliq̄d addimus. ꝛ plena cōplem⁹. vt absq̄z nomis tui mentōe ne vnā horam quidez ꝑterire patiamur. Idem in alia epl'a ad eund̄. Absit aūt vt quicq̄ de libris beatitudis tue attigere audeam. Sufficit eīn mea ꝓbare: ꝛ aliena non rape. Grego. quoq̄z in epl'a ad innocentiū africe prefectum: de eius libris sic ait. Qz expositōem sancti Job vobis trāsmitti voluistis vr̄o studio congaudem⁹. Sed si delicioso cupitis pabulo saginari. beati augustini cōpatriote vr̄i opuscula legite. ꝛ ad cōpatōem illi⁹ similaginis nostrum furfurem non queritis. Idem quoq̄z in registro sic ait. Legitur ꝙ beatus augustin⁹ nec cuz sorore sua habitare ꝯsensit: dicēs: Que cuz sorore mea sunt: sorores mee non sunt. Docti ergo viri cautela. magna nobis debet esse instructio. In ꝑfatione

quoq3 ambrosiana sic legitur. Magnificentiã tuam in mortificatõne augustini adoram⁹: tua in omnibus opante virtute. vt nullis pmissis blandimentoꝝ fallaciũ vir tuo ignitus spũ vinceretur: q2 eum ita omni genere pietatis imbueras: vt ipse tibi ara ⁊ sacrificiũ ⁊ sacerdos esset ⁊ templum. Beatus igitur prosper in tercio libro de vita cõtemplatiua sic de eo dicit. Scũs aug⁹. epũs acer ingenio. suauis eloquio. sclaris lrãture peritus. in eccl'iasticis laborib⁹ oposus. in quotidianis disputatõnibus clarus. in omni sua actõne composit⁹. in qstionib⁹ soluendis acutus. in conuincendis hereticis circũspect⁹. in expositõe fidei nr̃e catholic⁹. in explanandis scpturis canonicis caut⁹. Bern̄. quoq3 sic de eo scribit. Augustinus hic est validissim⁹ malleus hereticoꝝ. K Post hoc aũt cũ barbara gens terram illam occupasset. ⁊ sancta loca pphanaret. fideles corp⁹ augustini ceperũt: ⁊ ipm in sardiniã transtulerũt. Trãsactis aũt ab ei⁹ obitu annis. cclxxx. circa ãnos dñi. dccxviii. Liprandus deuot⁹ longobardorum rex: audiens sardiniã a saracenis depopulatã. solennes illuc nũcios misit. vt doctoris sancti reliqas papiã3 deferrent. Qui magno precio dato corp⁹ sancti augustini tulerũt: ⁊ ipm vsq3 ianuã deportauerũt Quod deuotus rex audiens: vsq3 ad pdictã3 ciuitatẽ cũ magno gaudio eidem obuiauit: et reuerenter excepit. Cũ aũt mane vellent corpus deducere. nullo modo de loco moueri potuit: donec rex votũ emisit: q si se inde duci pmitteret. ibidem in suo noĩe eccl'iam fabricaret. Cũ aũt votũ fecisset. statim sine difficultate inde deductum est. Rex aũt qđ vouerat impleuit. ⁊ ibidem in honorem sancti aug⁹. eccl'iam construxit. Idem miraculum die seqnti in qdam villa epatus terdonens̃ q d2 casselle contigit: ⁊ eodem modo ibidem in honore sancti augustini eccl'iam fabricauit. Insup villã ipsam cum omnib⁹ suis appendiciis concessit huientib⁹ eccl'ie sancti augustini perpetuo possidendã. Quia vero rex viderat sancto cõplacere vt in suo noĩe eccl'ia fieret vbicũq3 mansisset. ⁊ timens ne in alio loco q̃ vbi desideraret locum sibi eligeret. in omni loco vbi de nocte cum corpe hospitabatur. in honorem ipsius eccl'iam cõstruebat. Sicq3 cũ magno gaudio papiam deducitur. ⁊ in eccl'ia sancti petri q celu3 aureum d2 honorifice collocatur. Molendinari⁹ quidã in beatũ augustinũ spãlem deuotõem hñs. cum qndã3 infirmitatẽ que d2 flegma salsum in tibia pateret̃ beatũ augustinũ deuote in sui adiutoriũ inuocabat. Cui p visum sanct⁹ augustin⁹ apparuit. ⁊ tibiam manu palpans: integre restituit sanitati. Qui excitatus se liberatũ inuenit. ⁊ deo ⁊ btõ augustino grãs reddidit. Quidam puer cum vicio lapidis pmeretur: ⁊ de consilio medicorum incidi deberet. mater pueri mortis sibi timens periculum. beatũ augustinum deuote in sui filii subsidium inuocauit. Statimq3 fusa oratione puer lapidem cum vrina emisit: ⁊ plenam sanitatem recepit. L. In monasterio quod elemosina dicitur monach⁹ qdã3 vigilia i sancti augustini

raptus in spiritu vidit nubem splendidam celitus elapsam. et sup nubez augustinum sedentem pontificalib⁹ insignitū: cui⁹ oculi quasi duo solis radii totam illam ecclesiam illuminabant: ⁊ odor inde nimius exalabat.

¶ Sanctus quoqz bernbardus: dum quadam vice in matutinis exñs: aliqntuluz obdormisset: ⁊ de quodā tractatu augustini lectões legerent. vidit quendaz pulcerrimū iuuenem ibi stantem: de cui⁹ ore tantus inundantiū aquaꝝ impetus exibat: ꝙ totam illam eccl'iam videretur replere. Qui augustinū adesse non dubitauit: qui fonte doctrine totam ecclesiam irrigauit. ¶ Quidam sanctū augustinū valde diligens: monacho custodi corpis sancti augustini pecuniā magnā dedit: vt sibi sancti augustini digitum vnum daret. Sed ille accepta pecunia digitum cuiusdā mortui sericis inuolutū sibi tribuit: simulans esse digitum augustini: Quem ille reuerenter accipiens semp deuotissime adorabat: ⁊ ori oculisqz apponēs crebro pectori astringebat: Cui⁹ fidem deus intuens: digito illo piecto vnum digitū sancti augustini tam mirabil'r ꝙ̄ misericorditer sibi dedit. Qui cum repatriasset. ⁊ multa ibi miracula fierent: fama vsqz papiā delata est. Sed cum p̄dictus monach⁹ assereret: ꝙ cuiusdam mortui digit⁹ ille esset. sepulcrū aperuerūt: ⁊ vnuz deesse de eius digitis inuenerūt. Unde abbas re cognita monachum ab officio deposuit: ⁊ dire afflixit.

¶ Apud burgundiā in monasterio quod dr̄ Fontanetū: erat quidaz monachus Hugo nomine: sancto augu. valde deuotus: qui in eius sc̄ptis miro desiderio pascebatur: quez etiā crebra supplicatione rogauerat: vt ip̄m ex hac luce migrare nō sineret: nisi in die sue sacratissime solennitatis. Ip̄e igitur. xv. die ante festuz eiusdem sic cepit duris febrib⁹ estuare vt in vigilia ipsius sup humū tanꝙ̄ moriens poneretur. Et ecce pl'es decori ac fulgentes viri amicti albis eccl'iaz dicti monasterii ꝓcessional'r intrauerūt: quos sequebatur quidā reuerendus pontificalib⁹ insignit⁹. Quidam aūt monach⁹ in eccl'ia ↄsistens hoc videns obstupuit: ⁊ qui nā eēnt: vel quo pgerent: inq̄siuit: Cui vn⁹ eoꝝ dixit: ꝙ scūs aug⁹. esset cum suis canonicis q̄ ad deuotū suū morientē pgeret: vt ei⁹ aiaz ad regnū gl'ie deportarz. Post hoc illa referenda ꝓcessio ad infirmariā ingredit': Ubi cū aliq̄ndiu māsisset: sancta il la aia a carne soluta est: q̄m dulc̄ amic⁹ ⁊ ab hostiū insidiis securā reddidit: ⁊ ad celi gaudia introduxit. ¶ Legitur q̄z ꝙ dum adhuc aug⁹. in carne viueret: et q̄dam relegeret ante se transire vidit demonē librum humeris baiulantez: Qui ab eo ptinus adiuratur. vt que ibi sc̄pta lateāt: sibi pandat: Qui peccata hoim ibidem esse asserit sc̄pta: q̄ vndecūqz collegit: ⁊ in eo reposuit. Moxqz ei p̄cepit: vt si aliq̄d suoꝝ peccatoꝝ ibi scriptū retineret: sibi legendum continuo manifestet. Ostenso aūt loco: nichil aug⁹. ibi scriptū repperit: nisi ꝙ q̄dam vice completoriū ex obliuione dimisit. Precipiensqz dyabolo: vt suuz p̄stolaretur aduentū. eccl'iaz est ingressus: ⁊ ↄpletoriū deuote dixit: ⁊ solitas oratōnes

complete pegeт. Reuersusq3 dixit ei vt predictum locum sibi ostenderet iterum relegendum. Qui dum crebro reuolueret: et tandem locum vacuū repisset: iratus dixit. Turpiter me decepisti. penitet me q̄ librum meum tibi ostendi: q2 peccatū tuum orōnum tuaꝝ virtute delesti. Et his dictis confusus euanuit. ¶ Cum quedam mulier a quibusdā maliciosꝭ iniuriā pateretur. illa ad beatum augustinū accessit: vt super hoc eius consilium imploraret: Que cum ipsum studentē inuenisset: et eum reuerenter salutasset: ille nec ad eā respexit: nec qcq̄ sibi rn̄dit. Cogitās illa ne forte ob nimiā sanctitatē in faciem ml'ieris nollet intendere. ppius accessit. et negociū diligenter exposuit. Sed ille nec se ad eā cōuertit: nec rn̄sum aliquod sibi dedit. Ideoq3 illa cum tristicia magna recessit. Altera aūt die cum augustin9 missam celebraret: et dicta ml'ier interesset. post eleuatōe3 corporis rapta in spiritu vidit se positam ante tribunal sanctissime trinitatis. Ubi vidit augustinū facie inclinata de trinitatis gloria attentissime et sublimissime disputātem. Facta est vox ad eā dicens. Cu3 ad augustinū iuisti. ille sic de trinitatis gl'a attentissime disputabat. et ideo q̄ ibi fueris penitus non aduertit. Sed ad eu3 secure redeas: q2 et eum clementem inuenies: et consiliū salubre repies. Qđ cū fecisse3: aug9. benigne ea3 audiuit: et cōsiliū salubre donauit ¶ Fertur q3 q̄ dū qdā vir sctūs in spū raptus sctōs in gl'ia conspexisset: et beatū aug9. minime vidisset. qndam de sanctis vbi nam aug9. esse3 pcūctat9 est. Qui rn̄dit. Aug9 residet in excelsꝭ. vbi disputat de gl'ia excellentissime trinitatis. ¶ Cum quidā papienses a marchione malaspine in carcere detinerentur. ab eis oīs pot9 penitus est interdict9. vt posset ab eis magna pecunia extorqueri. Unde pleriq3 iam spūm exalabant. quidam vero vrinā bibebant. At quida3 iuuenis inter eos qui in beatum aug9. magnā deuotōnem habebat: ipsum in sui adiutoriū inuocauit. Tunc circa noctis medium sanct9 aug9. pdicto adolescenti apparuit. et quasi manū eius dextrā apprehendens vsq3 ad flumen graueloni ipsum deduxit. ibiq3 cū folio vitis in aqua madefacto sic ei9 linguā refrigerauit: vt qui iam vrinā bibere cupierat. de potu nectaris non curaret. ¶ Prepositus cuiusda3 eccl'ie in beatū aug9. magnā deuotōem habens. cum p tres annos grauem infirmitatē incurrisse3: ita vt de lecto surgere non valeret. aduenientе solennitate sancti aug9: cū iā in vigilia ad vesperas pulsaret. ad rogandū sanctū aug9. tota deuotōne se contulit. Cui in albis aug9. apparens eidē ter citato ppio noīe dixit. Ecce assum totiens a te inuocatus: Surge cito et celebra michi officium vespertinū: Qui sanus surgens: cunctis stupentib9 eccl'am intrauit: et officium deuote pegit. ¶ Cum cuidam pastori seuum vlcus inter scap'las ortum esset adeo morbus inualuit: vt iam totis esset viribus destitutus. Qui dum ad sanctum augustinu3 preces emitteret: eidem aug9. in visu apparuit. et sup locum infirmū manus imponens perfecte eum sanauit.

Idem quoq; vir pcedente tpe ocl'oꝝ lumine est priuatus. Qui cum sanctum augustinū sedule inuocaret. quadam die circa meridiem eidem apparuit: ⁊ oculos manib⁹ suis tergens pristinā sibi sanitatē restituit. ¶
¶ Circa annū dñi. dcccexii. viri quidā grauiter infirmi nūero plusq̄ xl. de germania ⁊ gallia romā ibant ad limina aplo͞ꝝ visitāda Quoꝝ q̄daȝ scannis in terra curui se vehentes. alii cū bacul' se sustentātes. alii p̄uati ocul' p⁹ alios se trahentes. alii ꝯctas man⁹ et pedes hn̄tes: pgebāt. Qui mōtes trāseuntes ad locū qui dr carbonaria puenert. Cū aūt pene ad locum q̄ cana dr aduenissent: qui trib⁹ milib⁹ a papia distat. sctūs aug⁹. pōtificalib⁹ indut⁹ de q̄daȝ eccl'ia i honore sctōꝝ cosme ⁊ damiani ꝯstructa exiēs: eisdē apparuit. eosq; salutās: quo tenderēt: requisiuit. Qui cū ei q̄ tenderent rn̄disssent: adiecit. Ite papiaȝ: ⁊ de cenobio sancti petri qd dr celum aureū interrogate. ⁊ ibi miscdiaȝ hēbitis quā optatis: Qui cū eū de noīe suo interrogassent: ait. Ego sū aug⁹. quondā yponen̄ ciuitatis ep̄⁹. Statimq; ab ocul' eoꝝ euanuit. Illi aūt papiā pgentes. cū ad dictū monasteriū puenissent: ⁊ ibi corp⁹ sācti augustini reqescere didicissent. ceperunt omēs voces leuare: ac vnanimiter ꝯclamare. Sancte augustine adiuua nos. Ad quoꝝ clamores ciues et monachi excitati: ad tā grāde spectaculū ꝯfluebāt. Et ecce ex neruoꝝ distensiōe sanguis mult⁹ cepit effluere: ita vt ab introitu cenobii vsq; ad tumbā sancti augustini tota terra sanguine videretur respsa. Cū aūt ad sepulcrū sancti aug⁹. venissent omnes sanitati sūt integre restituti: ac si nulla in eoꝝ corpib⁹ lesio extitisset. Cepit extunc fama sancti aug⁹. crebrescere: ⁊ multitudo languentiū ad eius tumulū aduentare. Qui omēs sanitatis bn̄ficia reportātes: sue salutis pignora relinquebāt. Factūq; est vt tāta p̄dictoꝝ pignoꝝ fuerit multitudo: vt inde totū oratoriū sancti augustini ⁊ portic⁹ plena eēnt: ita vt eundi ⁊ redeundi impedimentū non modicū generaret. Quapropter monachi necessitate cōpulsi: ea inde remoueri fecerunt. ¶ Notandū q̄ cum tria sint q̄ a mundanis hoībus appetūtur. s. diuitie. delicie: ⁊ honores. vir iste sanct⁹ tāte pfectōis extitit: q̄ ipse diuicias ꝯtempsit. honores respuit. voluptates abhorruit. Q̄ eīn diuitias cōtemneret: ipse testatur in libro soliloquioꝝ: vbi ratio interrogat eum: dicens. Diuitias nullas cupis. Et rn̄det aug⁹. Hoc quidē nec nunc primū. Naȝ cum. xxx. ānos agā. xiiii. fere anni sunt ex quo ista cupe destiti: nec aliud in his p̄ter necessariū victū cogitaui. Prorsus vnus ciceronis liber michi facile psuasit: nullo modo appetendas esse diuitias. Q̄ aūt honores respuerit: in eodeȝ libro testatur: vbi ratio eū interrogat: dicēs. Quid honores Et rn̄det aug⁹. Fateor eos mō: ac pene his dieb⁹ cupe destiti. Voluptates q̄; ⁊ delicias ꝯtēpsit: ⁊ q̄ntū ad ꝯcubituȝ ⁊ q̄ntū ad gustū. Quātū ad p̄muȝ iterrogat euȝ ratō dicens in eod libro. Quid vxor. Nōne te delectat pulcra. pudica. morigerata. diues. presertim si certus sis: nichil ex ea te molestie esse passurum.

cūqꝫ volueris. et cōseqris. Cui valerianꝰ Nichil michi i hac vita extitit dulciꝰ qͥ vnicꝰ frīs mei affectꝰ. Peto igitur vt et veritateꝫ ipe mecuꝫ agnoscat Cui angelꝰ. Placet dn̄o petitio tua. et ābo cū palma martirii ad dn̄m venietis. ¶ Post hoc ingressꝰ tiburcius fr̄ valeriani. cum nimiū rosaꝝ sensisset odorem dixit. Miror hoc tempꝫ roseus hic odor et liliorū vnde respiret. Nam si ipas rosas vel lilia in manibꝰ meis tenerē nec sic poterāt adoramenta tāte michi suauitatis infūdere. Cōfiteor vobis ita sum refectus vt puteꝫ me totum subito immutatuꝫ. Cui valerianus Coronas habemꝰ quas tui oculi videre nō ꝑualent floreo colore ⁊ niueo candore vernātes: et sicut me interpellāte odoreꝫ sensisti. sic et si credideris videre valebis. Cui tiburcius In somnis hoc audio. an in veritate ista tu loqueris valeriane Cui valerianꝰ In somnis vsqꝫ modo fuimus sed iam nūc in veritate manemus Ad qm̄ tiburcius Unde hoc nosti Et valerianus. Angelus dn̄i me docuit. quē tu videre poteris si tu purificatus fueris. et omnibus ydolis abrenunciaueris. ¶ Huic miraculo de coronis rosaꝝ ābro. testatᷣ in ꝑfatione sic dicēs. Sācta cecilia celesti dono repleta. vt martirii palmā assumeret. ipm̄ mūduꝫ ē cū thalamis execrata. Testis est valeriani cōiugis et tiburcii ꝓuocata ꝯfessio. q̄s dn̄e angelica manu odoriferis floribꝰ coronasti. Uiros virgo duxit ad gloriā mūdus agnouit qͥtuꝫ valeat deuotio castitatis Hec ambrosiꝰ ¶ Tunc cecilia euidenter ostendit ei omnia ydola esse insensibilia et muta ita vt tiburcius respōderet ac diceret. Qui ista nō credit pecus est. Tunc cecilia osculans pectꝰ eius dixit Hodie te fateor meuꝫ esse ꝯgnatum. Sicut eniꝫ amor dei fratreꝫ tuum michi cōiugem fecit. ita te michi ꝯgnatū ꝯtemptꝰ faciet ydoloꝝ Uade igitᷣ cū frē tuo vt purificatōnē accipias. ⁊ āgelicos vultꝰ videre valeas Dixitqꝫ tiburcius fratri suo. Obsecro te frater vt michi dicas ad qm̄ me ducturus es. Cui valerianus Ad vrbanum episcopum Cui tiburcius De illo vrbano dicis qui totiens dānatus est. et adhuc in latebris ꝯmoratᷣ. Hic si inuentꝰ fuerit cremabitᷣ. ⁊ nos i illius flamis pariter inuoluemur. et duꝫ q̄rimus diuinitateꝫ latenteꝫ i cel'. incurremꝰ furoreꝫ exurenteꝫ in terris. Cui cecilia Si hec sola esset vita iuste hanc ꝑdere timeremꝰ. Est aūt alia melior que nunqͥ amittitᷣ. q̄m nobis dei filiꝰ enarrauit. Om̄ia em̄ q̄ facta sunt filiꝰ ex patre genitꝰ condidit. Uniuersa āt q̄ cōdita sunt ex patre ꝓcedens spūs animauit Hic igitᷣ filiꝰ dei in mūdum veniēs verbis et miracul' aliam vitā esse nobis mōstrauit. Cui tiburciꝰ Certe vnū deū esse asseris. ⁊ quomō nūc tres esse testaris Respōdit cecilia Sicut in vna hominis sapientia sunt tria. scꝫ ingeniū memoria et intellectus. sic et in vna diuinitatis essentia tres ꝑsone esse possunt. Tunc cepit ei de aduentu filii dei et passione predicare. et multas cōgruitates ipius passionis on̄dere Nam ideo inquit filius dī est tentus. vt genus humanum dimittatur peccato detentū. Benedictꝰ

maledicitur. vt homo maledictus benedictionem consequatur. Illudi se patitur. vt homo ab illusione demonum liberetur. Spineam coronam accepit in capite. vt a nobis sententiam auferat capitalem. Fel suscepit amarum. vt sanaret hominis dulcem gustum. Expoliatur vt parentum nostrorum nuditatem operiat. In ligno suspenditur. vt ligni preuaricationem tollat. Tunc tiburcius fratri suo dixit. Miserere mei. et perduc me ad hominem dei vt purificationem accipiam. Ductus igitur et purificatus. angelos dei sepe videbat. et omnia que postulabat protinus obtinebat. B.

Valerianus igitur et tiburcius elemosinis insistebant. et sanctorum corpora quos almachius prefectus occidebat sepulture tradebant. Quos almachius ad se vocans. cur pro suis sceleribus damnatos sepelirent inquisiuit. Cui tiburcius. Utinam illorum serui essemus quos tu damnatos appellas. Qui contempserunt illud quod videtur esse et non est. et inuenerunt illud quod non videtur esse et est. Cui prefectus Quid nam est illud. Et tiburcius Quod videtur esse et non est. est omne quod in hoc mundo est. quod hominem ad non esse perducit Quod vero non videtur esse et est. est vita iustorum et pena malorum Cui prefectus. Non puto quod mente tua loquaris Tunc iubet astare valerianum dicens ei. Quoniam non est sani capitis frater tuus. tu saltem poteris sapienter dare responsum Constat plurimum vos errare. qui gaudia respuitis et omnia inimica gaudiis affectatis. Tunc vale. se vidisse ait glaciali tempore ociosos iocantes. et operarios agricolas deridentes. Sed estiuo tempore dum aduenissent gloriosi fructus laborum. gaudentibus illis qui putabantur vani. ceperunt flere qui videbantur vrbani Sic et nos nunc quidem sustinemus ignominiam et laborem. in futuro autem recipiemus gloriam et eternam mercedem Uos autem nunc transitorium habetis gaudium. in futuro autem inuenietis eternum luctum. Cui prefectus Ergo nos inuictissimi principes eternum habebimus luctum et vos persone vilissime perpetuum possidebitis gaudium. Cui valerianus Homunciones estis non principes. tempore nostro nati citius morituri. et deo rationem plus omnibus reddituri. Dixit autem prefectus Quid verborum circuitu immoramur Offerte diis libamina et illesi abscedite Sancti responderunt Nos deo vero quottidie sacrificium exhibemus Quibus prefectus Quod est nomen eius Cui valerianus Nomen eius inuenire non poteris etiam si pennis volaueris. Prefectus dixit Ergo iupiter nomen dei non est Cui valerianus Nomen homicide et stupratoris est. Ad que almachius Ergo totus mundus errat. et tu cum fratre tuo verum deum nosti. Ualerianus respondit Nos soli non sumus. sed innumerabilis multitudo hanc sanctitatem recepit. Traduntur igitur sancti in custodiam maximi. Quibus ille ait O iuuentutis flos purpureus. o germanus fraternitatis affectus. quomodo ad mortem quasi ad epulas festinatis. Cui valerianus ait quod si crediturum se promitteret. gloriam animarum eorum post mortem videret. Et maximus Fulminibus igneis consumar. si non illum solum deum

cōfiteat quē adoratis si cōtingat qđ dicitis Ipse igitur maxim⁹ ⁊ omīs
ci⁹ familia ac vniuersi carnifices crediderūt. ⁊ ab vrbano q̄ illuc occulte
venit. baptisma susceperūt ¶ C. ¶ Igit dū aurora nocti finē daret. ce
cilia exclamauit dicens. Eya milites xp̄i abiicite opa tenebraꝝ ⁊ indui
mini arma lucis. Quarto igit miliario ab vrbe sācti ad statuā iouis du
cūtur. Et dū sacrificare nollent: pⁱter decollātur Tūc maxim⁹ cum iura
mento asseruit se in hora passionis eoꝝ angelos vidisse fulgentes et ani
mas eoꝝ quasi virgines de thalamo exeuntes. quas in gremio suo in ce
lum angeli detulerunt Almachius vero audiens maximū christianum
effectum: eum plumbatis tamdiu cedi fecit. quousq₃ spiritum excussit.
Cuius corpus sancta cecilia iuxta valerianum et tiburcium sepeliuit.
Tunc almachius facultates amborum cepit inquirere. et ceciliam tan
q̄ valeriani coniugem coram se fecit astare. Jussitq₃ vt ydolis immola
ret. aut sententiam mortis incurreret. Cum autem ad hoc ab apparito
ribus vrgeretur. ⁊ illi vehementer flerent: eo q̄ puella tam decora ⁊ nobi
lis vltro se morti traderet. dixit ad eos Hoc boni iuuenes non est iuuē
tutem perdere s₃ mutuare: dare lutum et accipere aurum. dare vile habi
taculum et accipere preciosū. dare breuem angulum. et accipe forum. p
lucidum. Si quis pro numo solidos daret. nonne velocius festinaretis.
Deus autem quod acceperit simplum reddet centuplum. Creditis his
que dico. Et illi. Credimus christum verum esse deū qui talem possidet
famulam Uocato igitur vrbano epō. quadringenti ⁊ amplius baptisati
sunt. Tunc almachius sanctam ceciliam ad se vocans ait. Cuius condi
tionis es. Et illa Ingenua sum et nobilis. Cui almachius. Ego te đ re
ligione interrogo Et cecilia. Interrogatio tua stultum sumit initium.
que duas respōsiones vna putat inquisitione concludi. Cui almachius
Unde tibi tanta presumptio respondendi At illa De conscientia bona
et fide non ficta Cui almachius. Ignoras cuius potestatis sim. Et illa
Potestas vestra est quasi vter vento repletus. quem si acus pupugerit
omnis protinus rigor pallescit. et quidquid in se rigidum habere cernit
incuruatur. Cui almachius. Ab iniuriis cepisti. et in iniuriis perseue
ras Cecilia respōdit. Iniuria non dicit nisi qđ verbis fallentib⁹ irroga
tur. Unū aut iniuriā doce si falsa locuta sum. aut teipm corripe calūniā in
ferentē Sed nos scientes sanctū dei nomē. omnino negare nō possumus
Melius est enim feliciter mori. q̄ infeliciter viuere Cui almachius. Ut
quid cum tanta supbia loqueris. Et illa Non est superbia. sed cōstātia
Cui almachius Infelix ignoras q₂ viuificandi et nō mortificandi mihi
est tradita potestas. Et illa. Cōtra veritatem publicam pbo te nunc eē
mētitū: Uitā em̄ viuentib⁹ tollere potes. mortuis aūt dare non potes.
Es igitur minister mortis. non vite Cui almachius Jā depone amētiā
et sacrifica diis. Cui cecilia Nescio vbi oculos amiseris Nam quos tu

deos dicis omnes nos saxa esse videmus. Mitte igitur manū et tāgēdo disce quod oculis nō vales videre. Tunc iratus almachi⁹. iussit eam ad domū suam reduci ibiqз tota die et nocte iussit eam in bulliente balneo ꝯcremari. Que quasi in loco frigido mansit. nec modicū saltē sudoris persensit. Quod cum audisset almachius iussit eam in ipo balneo decollari. Quā spiculator tribus ictib⁹ in collo pcussit. ꝭ tñ caput eius āputare nō potuit. Et q2 decretū erat. ne q̄rtam pcussionē decolland⁹ accipet eam semiuiuā cruent⁹ carnifex dereliq̄t. Per triduū aūt supuiuēs. oia q̄ habebat paupib⁹ tradidit. et omnēs quos ad fidē cōuerterat vrbano epo cōmendauit dicens. Triduanas michi inducias postulaui. vt hos tue beatitudini cōmendarē. et hāc domū meā in ecclesiā cōsecrares. Fāci⁹ aūt vrban⁹ corp⁹ ei⁹ inter epos sepeliuit. et domū suā i ecclesiā vt rogauerat cōsecrauit. Passa est aūt circa āños dñi. cc. xxiii. tpe alexandri ipatoris Alibi āt legit̄ q̄ passa sit tpe marcii aurelii q̄ ipauit circa āños dñi. cclxx

De sancto clemente

CLXV

A

Clemens dicitur a cleos qd̄ est gl'a et mens. quasi gl'osa mens Hūit em̄ gl'osam mentez. s. purgatā ab omni sorde. ornatā in oī virtute. ꝛ decoratā nūc omni felicitate. q̄ felicitas ꝯsistit in ħ sicut dicit augu. in libro de tri. quia ibi esse nost꜉ nō habebit mortem. nosse nost꜉ nō habebit errorē. amare nost꜉ nō habebit offēsionez. Uel dr̄ a clemētia. q2 clemens ꝛ misericors valde fuit. Uel sicut dr̄ i glosario. clemēs dr̄ dulcis. iustus. matur⁹. pius. Just⁹ in actōne. dulcis in ꝭmone. matur⁹ in ꝯuersatione. pius in intentōne. Ei⁹ vitā ipe in suo itinerario inseruit maxime vsqз ad illum locum. in quo qualiter beato petro in pontifitatu successit ostenditur. Cetera ex eius gestis que cōmuniter habentur sumuntur.

B

Clemēs eps ex nobili romanoꝝ ꝓsapia ortus est. Pater eius faustiman⁹. mater vero eius macidiana nuncupata est. Hūit qз duos fratres. quoꝝ vn⁹ faustin⁹. alter faust⁹ dicebat. Cuз qз macidiana mater eius mira corpis pulcritudinē polleret. frater viri sui libidinoso amore in eam vehementer exarsit. Cum aūt eā quottidie molestaret. et ipsa sibi nullatenus assentire vellet. viroqз suo hoc reuelare timeret. ne inter duos fratres īmicicias suscitaret. cogitauit per aliquod tempus se a patria absentare. donec illicitus amor conquiesceret quem aspectus sue presentie inflamaret. Ut aūt hoc a viro suo obtinere valeret. somnium callide confinxit. quod in hunc modum viro suo retulit dicens. Ecce quidam michi per visum astitit. michi precipiens vt confestim cum duobus geminis scilicз faustino et fausto ex vrbe discederem et tamdiu abessem donec ipse michi reditum imperaret. Quod si nō

facere3.simul cum omnib⁹ liberis interire3 Quo vir audiens vehementer expauit.ac vxore3 cum duob⁹ liberis et familia mlta athenas misit.vt ꝛ ibi maneret et filios faceret erudiri. Minorē aūt filiū sc3 clementē cu3 esset annoꝝ qnq3 sibi pater in solatiu3 retinuit. Cū aūt mr̄ cum filiis nauigaret.nocte quadā nauis naufragiū ꝑtulit.et mater sine filiis a fluctib⁹ eiecta sup qodā saxū euasit Que duos natos ꝑiisse cōsiderās.ꝑ nimio dolore in maris fundū se ꝓcipitasset. nisi qꝛ salte3 eoꝝ cadauera se repertură sperabat At vero vbi nec viuos nec mortuos se repire posse cognouit.clamores et vllulatus maximos dabat man⁹ suas morsib⁹ lacerabat nec vlla3 cōsolatione3 ab aliquo recipe volebat. Cūq3 multe mlieres astarent .q̄ sua infortunia eide3 narrarent.et illa ex hoc cōsolationē nō recipet.affuit quedā mulier inter ceteras que virū suu3 adolescēte3 ꝛ nautā in mari ꝑiisse asseruit.et ob hoc sui amore postmodū nubere recusauit Recepta igitur qualicūq3 ꝯsolatione.apud ipam manebat.ꝛ quotidianū victu3 suis manib⁹ acqrebat.Sed nō multū post man⁹ eius quas crebris morsibus lacerauerat. sine sensu et mortue adeo sunt effecte.vt cu3 ipis nullaten⁹ opari posset. Illa āt q̄ eam susceperat.paralisim incurrit.ꝛ de lecto surgere nō valebat.Sicq3 macidiana mendicare compellitur.ꝛ ipa cum hospita ex his que inuenire poterat pascebatur Completo igit̄ anno quo macidiana cū liberis discessit e patria misit athenas nuncios vir ei⁹ vt ipos reqrerent.ꝛ q̄d agerent intimarēt. Sed illi q̄ missi fuerāt nullaten⁹ redierūt.Deniq3 cū alios misisset.ꝛ illi reuertentes se nullum inde vestigiū repisse narrarent.clementē filiu3 suum sub tutorib⁹ dereliq̄t.ꝛ ipe ad querendū vxore3 cum filiis nauem conscēdit.sed minime rediit Uiginti igitur annis clemens orbatus stetit.nec de patre vl̄ de matre vel de fratribus aliquod indiciū inuenire potuit.Ipse autem clemēs studio literaꝝ se cōtulit.ꝛ summū ph̄ie apice3 apphendit.Desiderabat aūt vehementer ꝛ studiose querebat qualiter sibi anime immortalitas persuaderi posset.Ob hoc phoꝝ scolas semꝑ adibat.ꝛ siquide3 ꝙ imortalis esset obtinebatur.gaudebat.si qn̄ vero ꝙ mortalis esset cōcludebat̄ tristis discedebat ¶C Deniq3 cum barnabas romā venisset ꝛ fidem xp̄i ꝑdicaret.ph̄i eum tanq̄ insanum ꝛ amente3 deridebāt.Uñ ꝛ q̄dā.q̄ scd̄m quosdā fuit clemens ph̄s.q̄ eū primo sicut alii deridebat.ꝛ eius ꝑdicatione3 cōtēnebat.tale3 q̄stionem ꝓ derisu barnabe fecit dicens. Cū culex animal sit exiguu3.quid est ꝙ sex pedes habet ꝛ isuꝑ alas possid3 elephas autem cum sit immane animal nec alas possidet.et tantu3 quatuor pedes habet.Cui barnabas. Stulte.tue questioni respondere per facile possem.si veritatis causa discende querere videreris. Sed nunc de creaturis vobis dicere aliquid absurdum est.cum a vobis creaturarum conditor ignoretur. Quia enim creatorem non cognoscitis iustum est vt in creaturis erretis. Hoc verbū cordi clementis ph̄i valde inhesit

ita ꝙ fidem xp̄i instructus a barnaba recepit. et in iudeam ad petrum postmodum properauit. Quem ille de fide christi instruxit. et anime im mortalitatem euidenter edocuit. ¶ Eo tempe simon magus duos discipulos habebat. s. aqlam et nicetam. q̄ eius fallacias agnoscentes eū reli q̄rūt et ad petrū ꝯfugerūt. ⁊ ei⁹ discipuli sūt effecti Cū aūt petr⁹ clemen té de sua interrogasset ꝓgenie. ille q̄d matri et fr̄ibus et pr̄i acciderit ꝑ ordiné enarrauit. addés ꝙ credebat ꝙ mater cū fratribus in mari piss ent pater vero aut merore aut sil'r naufragio interisset. Quod audiés petr⁹ lacrimas continere nō potuit ¶ Quadam aūt vice petr⁹ cū discipul' suis antaradū ⁊ inde ad insulā ꝑ. vi. miliaria distantez in q̄ macidiana mr̄ cle mentis morabatur venit. vbi q̄daz columne vitree mire magnitudinis erant. Quas cuz petr⁹ cuz ceteris miraretur. videns ipaz mēdicantem cur nō potius suis maībus oparetur increpauit. Que rn̄dit Speciez tm̄ dn̄e habeo manuū. q̄ meis sic sunt debilitate morsib⁹ vt omnino sīnt in sensibiles effecte. Atq3 vtinā me in mare ꝑcipitassé vt vltra nō viueré Cui petrus. Quid est qd̄ loq̄ris Nescis q2 aīe eoꝝ q̄ se iterimunt graui ter puniūtur Cui illa. Utinā h̄ michi certuz fieret ꝙ aīe post mortem vi uant. libent̄ eī meipsā occiderez. vt saltē vna hora dulces meos natos videre possē. Cūq3 petr⁹ ab ea cām tāte tristicie interrogasset. ⁊ illa ei or diné geste rei narrasset. ait petr⁹ Est q̄daz adolescēns apud nos noīe cle mens. q̄ hec q̄ refers matri et fr̄ibus asserit accidisse Qd̄ illa audiens ni mio stupore ꝑcussa corruit Cūq3 ad semeipsā redisset. cuz lacrimis ait. Ego sum adolescentis mr̄. Et ꝓcidens ad pedes petri. rogare eū cepit. vt sibi filiū suū festinātér ondere dignaret̄. Cui petr⁹. Cū adolescétez vid̄ ris paululū dissimula q̄usq3 ab insula cuz naui egrediamur. Qd̄ cum illa se facturā ꝓmisisset. tenens petr⁹ manuz eius ipsā ad nauem vbi erat cle mens ducebat. Uidens vero clemens petꝝ manu mlíerēz ducētē. ridere cepit. Mox aūt vt ml'r iuxta clementé fuit. se cōtinere nō potuit. ꝭ stati in amplex⁹ eius ruit. et crebro osculari cepit. Quā ille tāq̄ insanientem mulierem cum indignatione repellebat. et aduersus petꝝ indignatione non modica mouebatur. Cui petrus. Quid agis o fili clemēs Noli re pellere matrem tuam. Quod cum audisset clemens lacrimis infusus super matrem iacentem concidit. et eam recognoscere cepit. Tunc ad preceptum petri hospita sua que paralitica iacebat adducitur et ab eo continuo liberatur. Tunc mater clementem de patre interrogauit. Cui ille. Ad te querendum iuit. et vltra non rediit. At illa audiens solummo do suspirauit. grande enim pro filio inuento gaudium habens. reliquos consolabatur merores ⁊ B. ¶ Interea cum niceta et aquila deessent et redeuntes mulierem cum petro vidissent. que nam sit hec mulier per cunctatur. Quibus clemens ait. Mater mea est. quam michi deus re donauit ꝑ dn̄m meū petꝝ Post hec petr⁹ omnia eis ꝑ ordiné enarrauit.

Que cũ audissent niceta et aq̃la.subito surrexerunt et obstupefacti con
turbari ceperunt dicentes.dominator dñe de⁹ vera ne sunt hec.an som
nium est quod audiuim⁹ Tunc petrus Filii non inq̃t nos insanimus.sz
hec vera sunt. At illi faciem cõfricantes aiũt. Nos sumus faustinus et
faust⁹.quos mr̃ nostra estimat in mari interisse. Et accurentes in cõplex
us matris ruunt.et cã crebri⁹ osculãtur At illa ait. Quid vult hoc esse.
Ad quã petr⁹ Isti sunt filii tui faustinus et faustus.quos in mari pisse
putabas Hec audiens mater p̃ nimio gaudio velut amens effecta cor
ruit.et post ad se reuersa ait. Obsecro vos dulcissimi filii narrate michi
quõ euasistis.Qui respõderũt Cum nauis fuisset resoluta et nos super
quandã tabulã veheremur. quidã pirate nos inuenietes in suam nauicu
lam posuerunt.ac mutatis noĩbus cuidã nos honeste vidue iustie noĩe
vendiderunt.que tanq̃ filios nos habuit.et liberalib⁹ artib⁹ nos erudi
ri fecit. Tandez phĩe opam dedim⁹.ꝛ simoni cuidã mago nobiscũ edu
cato adhesim⁹. Cũqz eius fallaciã ꝯgnouissem⁹.ipm omnino deseruimus
ꝛ petri discipuli p̃ zacheũ effecti sum⁹ Seq̃nti aũt die assumptis pe
tr⁹ tribus fratrib⁹.s.clemente aquila et niceta.ad q̃ndam secretiorem lo
cũ orõis grã descendit Quos venerãdus q̃dam senex.sed tñ paup allo
q̃ cepit dicens. Misereor vestri frẽs qz sub spẽ pietatis vos grauiter er
rare cõsidero Neqz enĩz de⁹ est.neqz cultus hic aliquis est. neqz puidẽ
tia in mundo.sed fortuitus casus et genes̃ omnia agunt. sicut et ego ex
meipso manifeste ꝯperi in disciplina mathesis p̃ ceteris eruditus. Noli
te ḡ errare.siue enĩ oretis siue nõ.qđ vr̃a genesis cõtinet vobis erit Cle
mens aũt ĩ eũ respiciens animo pulsabat.ꝛ sibi se eũ alias vidisse videba
tur Cũqz de mãdato petri clemens aq̃la ꝛ niceta cũ eo diuti⁹ disputassẽt
ꝛ puidentiaz aptis rationib⁹ õndissent.eũqz ob reuerentiã crebro pr̃em
vocarent.dixit aq̃la Quid necesse est vt eum patrem vocemus.cuz ĩ mã
datis habeam⁹ neminẽz sup terram patrem vocare . Et post hoc respici
ens ad senem ait. Nõ iniuriose accipias pater.q̃ fr̃em meuz culpaui.qz
te pr̃em vocauit. Habem⁹ enĩz tale mãdatum. ne aliquẽ isto nomine vo
cem⁹. Cunqz aquila hec dixisset.risit omniũ astantiũ cetus vna cuz sene
et petro Et cum ille cãm risus inq̃reret.dixit ad eum clemens Qr facis
id de quo alios culpas.senem pr̃em vocãdo At ille negabat dicens. Ue
re nescio si eum pr̃em vocauerim Uez cũ satis de puidentia disputatũ
esset.dixit senex Crederez vtiqz puidẽtiã esse.sed a ppria cõscientia pro
hibeor huic fidei accõmodare consensum Noui enĩz meam et coniugis
mee genesim.et scio ea que vnicuiqz nostrum dictabat genesis accidis
se. Audite igitur coniugis mee thema et inuenietis scema cuius exi
tus accidit Habuit nanqz martez cum venere super centrum.lunam ve
ro in occasu in domo martis et finibus saturni. quod scilicet scema adul
teras facit.et seruos proprios amare et peregre proficisci.et in aquis

defungi Quod et ita factū est Incidit nāqꝫ in amorē sui ⁊ p̄iculuꝫ atqꝫ opprobriū metuēs cū ipo aufugit ⁊ in mari periit. Nā sicut frā me⁹ retulit ipm primo adamauit Sed cum ipe assentire sibi nollet. in suuꝫ sue libidis amorē retorsit Nec tn̄ ei imputāduꝫ est q2 eā genesis hoc facere ꝯpulit Narrauitqꝫ quō somniū finxerit. et quō cū libris athenas vadens naufragio perierit ¶ Cūqꝫ filii vellent in eū irruere. et rē aperire. prohibuit petr⁹ dicēs Quiescite quadusqꝫ michi placuerit. Dixitqꝫ ei petr⁹ Si hodie ꝯiugeꝫ tuā castissimā cū tribus filiis tuis ꝯsignauero. credes q2 genesis nichil sit. Cui ille. Sicut ipossibile est te exhibere qd̄ pmisisti ita et ipossibile est extra genesiꝫ aliqd fieri Dixit ei petr⁹ Ecce iste est fili⁹ tu⁹ clemens. et hi duo gemini tui faustin⁹ et faust⁹. Tūc senex resolutis mēbris cecidit. ⁊ q̄si exanimis fact⁹ est. Filii aūt irruentes in eū osculabātur. verentes ne spūm reuocare posset Tādeꝫ ad se rediens. oīa vt acciderāt p ordinē audiuit Tūc subito vxor aduenit. ⁊ cū lacrimis clamare cepit. Ubi est vir meus et dn̄s me⁹ Hec cū illa. q. amens clamaret. senex cucurrit. et cū multis lacrimis amplecti et stringere eā cepit. Dum igitur simul manerēt. aduenit qdā nunciās apioneꝫ et ambioneꝫ faustiani amicissimos cū simone mago hospitari De quoꝝ aduentu faustinian⁹ valde gauis⁹ ad eos visitandos iuit. Et ecce nuncius venit. q diceret ministꝝ cesaris antiochiā aduenisse. vt magos oēs qreret et morte puniret Tūc simō mag⁹ in odium filioꝝ q ipm reliqrant vult⁹ sui similitudineꝫ in faustinianū impssit. vt nō faustinian⁹. sed simon mag⁹ ab omnib⁹ putaretur. Hoc aūt fecit vt a ministris cesaris loco sui teneretur et occideretur Ipe aūt simō de ptib⁹ illis abscessit. Cū aūt faustinian⁹ ad petrū et filios redisset. expauerūt filii vultū simonis. in eū intuentes. vocē aūt p̄ris sui audiētes Solus āt petr⁹ erat q vultū ei⁹ naturaleꝫ videbat Cūqꝫ filii ei⁹ et vxor ei⁹ eū refugerēt et execrarēt. dicebat eis Cur execramini et refugitis p̄rem vestꝝ. Qui rn̄derūt. ꝙ io eū fugerent. q2 i eo vultus simonis magi appareret. Cōfecerat eīm simon qddam vngentū. et faciem ei⁹ pinxerat. et vultū suuꝫ arte magica ipresserat i euꝫ Ipe igit lamētabat et dicebat. Quid michi misero accidit vt vna die recognit⁹ ab vxore et filiis letari nō potueri cū eis Uxor vero eius sparsis crinib⁹ et filii plurimū flebāt ¶ Simō aūt mag⁹ dū adhuc esset ātiochie petꝝ plurimū infamauerat. magū maleficū et homicidā eū dicēdo. Deniqꝫ intantū aduersus petꝝ populū ꝯcitauerat. vt ipm inuenire plimuꝫ affectarēt. vt carnes ei⁹ dentib⁹ laniarēt. Dixit ergo petr⁹ faustiniano. Qm̄ qdem simon mag⁹ esse videris. pge antiochiā et coram omni populo me excusa. ac ea que de me dixit simō ex psona sui retracta Post hoc ego antiochiā veniam. et alienū hunc vultū a te effugabo et propriuꝫ vultum coraꝫ omnib⁹ reddā Hoc tamen nullo mō credendum est ꝙ hec ; at⁹ petrus mentiri mandauerit. cu de⁹ n̄ indigeat nostro mēdacio. Ipse

itinerarium clementis in quo hec scripta sunt liber apocriphus est. nec vt q̃busdã placet suscipiẽdus est in talib⁹ ¶ Vel p̃t dici pôt q̃ petr⁹ si dili genter verba sua ↄsiderent nõ sibi dixit vt simonẽ maguz esse se diceret sed vt populo effigiez faciei supinductã ondens per͛ ex psona simonis ↄmdaret. et mala q̃ dixerat reuocaret. Et ille dixit se esse simonẽ. ñ q̃ntũ ad veritatẽ ꝫ q̃tũ ad apparẽtiã ¶ Vñ qđ ifra dixit faustinia⁹. ego simõ ⁊c. sic ob3 accipi. i. q̃tũ ad apparẽtiã videor cẽ simõ Fuit ergo simõ supple putatiu⁹. ¶ Perrexit ergo faustinian⁹ pr̃ clementis ãtiochiã. ⁊ ppl'm ↄuo cãs dixit Ego simõ annũcio vobis et confiteor omnia fefellisse de petro ¶ Nequaq̃ em̃ est seductor vel mag⁹. sed ad salutez mũdi miss⁹. Quapp̃t si de cetero aliqd ↄ ip̃m dixero. me tanq̃ seductorez et maleficũ repella tis Nũc em̃ penitentiã ago. q2 male me dixisse cognosco. Moneo igit̃ vos vt ip̃i credatis. ne vos et ciuitas v̄ra insimul peatis. Cũq3 hec oĩa q̃ petr⁹ iusserat cõplesset. et iam in amorez petri ppl'm incitasset. petrus ad eum venit. et orõne facta effigiez vultus simonis ab eo penitus effu gauit. ¶ Popul⁹ aũt antiochen⁹ per͛ benigne et cũ m'lto honore recepit. et ip̃m in cathedra sublimauit. Qđ audiens simon illuc prexit. ⁊ ppl'm cõuocãs ait. Miror q̃ cum vos salubrib⁹ p̃ceptis instruxerim. et a se ductore petro vos cauere monueri. vos ip̃m nõ solũ audistis. sed etiam episcopali cathedra sublimastis. Tũc om̃es cũ furore aduersus eũ dixe rũt Monstro nobis similis es. Nudius tercius te penituisse dicebas. ⁊ nũc te ⁊ nos p̃cipitare conaris Et ipetũ i eũ faciẽtes cũ ignomia eũ ptin⁹ expulerunt. Hec oĩa clemens in libro suo de seip̃o narrat. et hãc histo riã ibidez inseruit. ⁊ B. ¶ Post hec aũt petrus cum romã venisset. et suaz passionẽ imminere videret. clementez p⁹ se ep̃m ordinauit Mortuo igitur principe apostolo͛ petro. clemens vir ꝓuidus p̃cauens in futuruz ne. s. ꝑ hoc exemplum q̃libet vellet sibi in ecclesia successorẽ statuere. ⁊ here ditate sanctuariũ dñi possidere. lino cessit. et p⁹modu3 cleto. Nõnulli as serũt q̃ lin⁹ et cletus nõ fuerũt summi põtifices. sed tm̃ petri apl'i coad iutores. ꝓpter qđ in cathalogo põtificum meruerũt ãnumerari. ¶ P⁹ hos aũt clemens eligitur. et p̃sidere cõpellitur. Qui ita mo͛ ornamento pol lebat. vt iudeis et gentilib⁹ et omnibus xp̃ianis popul' cõplaceret Singu la͛ inopes regionũ nominatim scriptos habebat. et quos baptismi san ctificatione mundauerat. nõ sinebat publice fieri mendicitati subiectos Cu3 itaq3 domicillaz virginez neptem domiciani imꝑatoris sacro vela mine cõsecrasset. et theodoraz vxorem sisinnii amici imꝑatoris ad fidem cõuertisset. et in castitatis ꝓposito manere ꝑmitteret. sisinn⁹ zelo duct⁹ ecclesiã post vxorez suã occulte intrauit. scire volens ꝓpter q̃d illa sic ec clesiã freq̃ntaret At vbi a sancto clemẽte orõ fusa est. et a populo respõ sum est amẽ. sisinnius cecus et surdus penitus effectus est. Qui statim pueris suis dixit Cito me tollite et foras educite. ¶ Pueri autẽ per totaz

ecclesiam eũ girabant'sed et ad ianuas puenire nõ poterãt. Quos cum vidisset theodora sic errãtes. primo quidez ab eis declinauit. putans q vir suus eam cognoscere posset. Postmodũ aũt quidnã hoc esset inter rogauit Qui dixerũt Dñs noster dũ vult videre et audire q̃ nõ licet cecus et surdus factus est. Tunc illa in oratõez se dedit. depcans vt vir suus inde exire posset. Et post orõnez dixit pueris Ite modo. et perducite dñm vestruz ad domũ. Cumqz abiissent. sancto clementi theodora quid acciderit indicauit. Tunc sanctus rogatu theodore ad eum venit. et ipz inuenit aptis oculis nil videntem. et nil penit⁹ audientez. Cũqz clemẽs p eo orasset. et ille auditũ et lumẽ recepisset: videns clementẽ iuxta vxorez suam stantem amens efficitur. et se illusuz magicis artib⁹ suspicaẗ. Precepitqz seruis suis vt tenerent clementẽ dicens. Ut ingredereẗ ad vxorez meã magicis artibus me excecauit. Precepitqz ministris vt clementez ligarent et ligatũ traherent. At illi ligãtes colũnas iacentes et saxa. putabant sicut etiã sisinnio videbatur q sanctũ clementem cũ suis clericis traherent et ligarent. Tũc clemẽs sisinnio ait. Qr saxa deos dicis. saxa trahere meruisti. Ille aũt vere eũ ligatuz existimãs ait Ego te interfici faciam. Clemens aũt inde abscedens. theodorã rogauit ne ab orõne cessaret. donec vir suũ dñs visitaret. Oranti igitur theodore petr⁹ apl's apparuit dicens. Per te vir tuus saluabitur. vt impleaẗ qḋ dixit frr meus paulus Saluabitur vir infidel' p mulierem fidelem. Et h dicens abscessit Statimqz sisinni⁹ vxorez suã ad se vocauit. obsecrãs vt p se oraret. et sanctũ clementez ad se vocaret. Qui cũ venisset. ipm i fide istruxit. et eum cuz. cccxiii. de domo sua baptisauit. Per hunc aũt sisinnium multi nobiles et amici nerue impatoris dño crediderũt Tunc comes sacrorũ pecuniaz multis dedit. et cõtra sanctum clemẽtez seditionẽ maximã excitauit. Tunc mamertinus vrbis prefectus populi seditionem maximam nõ ferens. ad se clementez adduci fecit. Quem cũ redargueret. et ad se inclinare attemptaret. ille ait. Optarem te ad rõnem accedere Nam si canes multi cõtra nos latrauerint. et morsibus attrectauerint nunq̃ hoc nobis auferre possunt q nos sumus rõnabiles homines. et ipsi sunt irrationabiles canes Seditio aũt ab imperitis exorta. oñdit se nichil hr̃e certum vel verũ Tunc mamertinus de eo traiano impatori scribens. respõsum accepit. q aut sacrificaret. aut transpontum mare in heremo qḋ adiacet ciuitati tersone ipm in exiliũ mitteret. Tũc p̃fectus clementi cum lacrimis ait. Deus tuus quem pure colis ipse te adiuuet. Prefect⁹ aũt ei nauez tribuit. et omnia necessaria ministrauit. Multi aũt clerici et laici ipm in exilium sunt secuti Profect⁹ aũt i insulaz. inuenit ibi plusq̃ duo milia xpianorũ. ibidez iaz diu dãnatorũ ad secãda marmora damnatorũ. Qui sanctuz clementez videntes. statim in fletum ⁊ lacrimas pruperunt. Quos ille consolans ait. Non meis meritis ad vos

me misit dñs vestre corone pticipez me fieri. Et cũ ab eis didicisset q a sexto miliario aquã suis humeris deportarẽt. dixit eis Oremus omes dominũ iesum xpm vt cõfessoribus suis fontem in loco isto ac venas aque apiat. Et q pcussit petrã i deserto sina et fluxerũt aque in abundãtia. ipe nobis laticẽ affluentez impertiat. vt de ei9 beneficiis gtulemur. Cumqz oratõe facta hinc inde circũspiceret. vidit agnũ stãtez q pede erecto dextro quasi locũ epo oñdebat. Et intelligẽs dñm iesuz xpm esse qm sol9 ipse videbat. prexit ad locũ et dixit In noie pris et filii et spũssancti i isto loco pcutite Sz cũ null9 i isto loco i q agn9 steterat ptigeret. ipe accepto breui sarculo leui ictu locuz sub pede agni pcussit. et statim maxim9 fõs erupit. et in fluuiũ creuit. Tunc vniuersis gaudentib9 sanct9 clemens ait Fluminis ipetus letificat ciuitatez dei Ad hãc famã multi pfluxerunt. et vna die qngenti et ampli9 ab eo baptisma susceperũt. et ydolorũ templa destruentes p totã puinciã intra vnũ annũ. lxxv. eccl'ias edificauẽrt Post tres aũt ãnos traian9 impator q cepit anno dñi. cvi. hoc audiens qndã ducẽ illuc misit Qui cũ omes libenter mori pspiceret. multitudini cessit. et solũ clementez ligata ad collũ eius anchora in mare pcipitauit dicens Jaz nõ poterunt ipm p deo colere xpiani Stante aũt omni multitudine ad litt9 maris. cornelius et pheb9 discipuli ei9 omes orare pcepe rũt vt dñs corp9 sui martiris eis mõstraret Statimqz mari p tria miliaria recedente. omes p siccũ ingressi. inuenerẽt in modum tẽpli marmorei habitaculũ a deo patũ. et ibi in archa corp9 sancti clementis. et anchorã iuxta euz Reuelatũ est aũt discipulis ei9 ne inde tollerẽt corp9 ei9 Omni aũt anno tpe passionis p septez dies ad tria miliaria mare recedit. et sic cũ iter aduenientib9 tribuit. In vna aũt solẽnitatũ mlr cũ filio suo puulo ad locum accessit Cõpletis aũt festiuitatis solenniis cũ puer obdormiret. son9 inundantiũ aquaz subito factus est Mulier ãt territa. et filii sui oblita. cuz reliq multitudine ad ripaz aufugit Que postmodum filii memor cuz eiulatu maximo flebat. et vsqz ad celuz lamentabiles voces dabat. ac p littora clamans et eiulãs discurrebat. si forte filii corpus a litorib9 eiectũ videret. Sed cuz in ea spes omnis deficeret ad domũ rediit. et totũ illũ annũ in fletu et merore duxit. Post annũ igitur aperto mari omnes anticipãs ad locuz pcita venit. si de filio forte aliqd vestigiũ inuenire posset Cuz ergo ante tumuluz sancti clementis se in orõnez dedisset. surgẽs vidit infãtez in loco vbi euz reliqrat dormientẽ Estimans aũt euz esse defunctũ. accessit ppius quasi corp9 collectura exanime Sed cũ euz dormientez cognouissz. excitatuz velociter spectãtib9 popul' incolumẽ in vlnis leuauit. et vbi nam p illũ annũ fuerit requisiuit Ille aũt se nescire respõdit si ãn9 integer pterierat. sz tm vnius noctis spacio se suauiter dormisse putabat Ambrosius in pfatione sic ait. Cuz iniqssimus psecutor beatum clementem penis afficere a dyabolo cogeretur. non et

tormentū intulit sed triūphuz Jactatur ergo martir ī fluctib⁹ vt merge retur .et ex hoc puenit ad premium vn̄ petr⁹ mgr̄ eius puenit ad celum. Ambor̄ ergo in fluctib⁹ xp̄s appbans mentes.clementē ad palmā vic torie de profūdo reuocat.petr̄ ad celestia regna in eodē elemēto ne mer geretur eleuat. ¶Refert leo hostiens̄ ep̄s q̄ tēpe quo michael impator noue rome regebat impiuz.sacerdos quidā noīe ph̄s q̄ ob summū inge niū a puericia fuerat sic vocat⁹.cuz tersonā puenisset .et de his q̄ narrā tur in historia clemētis habitatores interrogasset. qr aduene poti⁹ q̄ in digene erāt.se nescire pfessi sunt. Siquidē miraculū marini recessus ob culpā inhabitātiū iam diu cessauerat.⁊ ob incursū barbaror̄ tempe ma rini recess⁹ venientiū templū destructū fuerat.et archa cū corpe marinis fluctib⁹ obruta erat.exigentib⁹ culpis inhabitantiū Sup quo miratus ph̄s: et accedēs ad ciuitatūculā noīe georgiā.cuz ep̄o ⁊ clero accessit ad q̄rendū sacras reliq̄as ad insulā in qua estimabant esse corp⁹ martiris. Ubi cuz hīnis et oratōib⁹ fodientes.diuina reuelatōe inuenerūt corp⁹ et anchorā cum qua fuerat in mare piectū.et deportauerūt tersonā. De inde p̄dict⁹ ph̄s cum corpe sancti clementis romā venit.et multis osten sis miracul' in ecclesia que nunc dicitur sancti clementis.honorifice cor p⁹ collocatū fuit. Jn quadā aūt cronica legitur q̄ mari ab illo loco exic cato. a beato cirillo moranor̄ ep̄o romam translatum est.

CLXVI De sācto crisogono

Crisogon⁹ iussu dyocleciani in carcere recluditur. vbi sancte anastasie alimoniis fouebatur. Cuz ergo anastasiā vir eius i artissimā custodiā posuisset.crisogono qui eaz erudierat talia scripta direxit. Sancto cōfessori xp̄i crisogono anastasia Sacrilegi iu gū mariti suscepi.cuius deo miserante thor̄ mentita infirmitate decli nāsi.die noctuqz dn̄i nostri iesu xp̄i amplector vestigia. Cū iste p̄rimoniū meuz ex quo illustrat̄.cuz indignatōne ac turpib⁹ ydolatris exhauriat. me quoqz velut magā atqz sacrilegā custodie tam gūissime mācipauit. vt me vitā tempalē amittere suspicer. Nichil ei supest nisi vt amisso sp̄ū morti succūbā. Jn qua morte licet glorier.tn̄ mea mens valde cōteritur qr opes mee quas deo deuouerā a turpib⁹ ↄsumūtur Uale vir dei.mem toqz mei. Cui crisogon⁹ sic rn̄dit Uide q̄ nō ↄturberis in hoc q̄ tibi pie viuēti inferāt̄ aduersa. Nō ei deciperis sed pbaris. Cito ad te placituz temp⁹ xp̄s cōuertet.et quasi p⁹ noctis tenebras floriduz dei lumē aspici es atqz p⁹ glaciei frigus.aurea tibi tempa et serena succedent. Uale in dn̄o et ora pro me Beniqz cum beata anastasia sic in custodia artaretur vt vix ei panis quadrās daretur. estimans se moriturā sācto crisogono epistolā in hec verba scripsit Confessori xp̄i crisogono anastasia. Finis venit corporis memento mei vt egredientem animā meaz ipse suscipiat

p cuius amore ista sustineo que ex ore huius vetule recognoueris Cui ille rescripsit Superest vt lumen tenebre antecedant. sicut etiam post infirmitatem salus reuertitur. et vita post mortem promittitur. Uno fine cocluduntur et aduersa hui⁹ mundi et psipera. ne vel tristib⁹ desperato vl' letis elatio. dominet Unuz mare est in quo nauicule corpis nostri velificat. et sub vno corpis gubernatore aie nostre nautico fungutur officio Quorundam igitur naues fortissimis carinaꝝ nexibus solidate crebros equoris cocitatos fluctus illese ptereunt Quorunda vero fragiles iuncture lignoꝝ etiaz i tranquillo vicinu morti conficiunt cursum Tu aute o xpi famula crucis tropheum tota mente constringe. et teipam prepara ad opus dei Igitur dyoclecianus aquileie partibus positus ceteros christianos occidens sanctuz crisogonu sibi presentari iussit Cui cuz diceret. accipe potestatez pfecture tue ꝛ cosolatum generis tui. ꝛ sacrifica diis. respodit crisogonus Unum deum in celo adoro. dignitates tuas quasi lutum cotemno Data igitur super eum sententia. ad quenda locu ducitur. et ibide protinus decollatur circa anos domini. cclxxxvii. Cui⁹ corpus cum capite sanctus selus presbiter sepeliuit.

De sacta katherina

clxvii.

A

Katherina dicit a catha qd est vniuersuz ꝛ ruina qsi vniuersalis ruina Omne em edificiu dyaboli i ea vniuersaliter corruit Nam in ea corruit edificium supbie p humilitatez quaz huit. carnalis cocupiscetie p virginitate qua seruauit. cupiditatis mundane. qꝛ omnia mundana despexit Uel katherina quasi cathenula. ipa em sibi p bona opa quadaz cathenaz fecit. p quam vsqz ad celu ascendit Que quidez cathena siue scala quattuor gradus habet. qui sut innocentia opis. mudicia cordis. despectio vanitatis. ꝛ locutio veritatis. Quos ppheta p ordinem ponit dicens. Quis ascendet in motez domini ꝛc. Et respondet Innoces manib⁹ et mundo corde. q no accepit in vano anima suaz. neqz iurauit in dolo pximo suo. qualiter aut isti quattuor gradus i beata katherina fuerunt patet ex legenda sua.

B

Katherina costi regis filia omnibus liberalium studiis erudita fuit Cum aut maxencius impator omes ta diuites q pauperes ad alexandriaz couocaret vt ydolis immolarent. et xpianos immolare nolentes puniret Catherina cum esset annoꝛuz. xviii. ꝛ in palatio diuitiis et pueris pleno sola remansisset. audiens animaliu diuersoꝝ mugitus et cantantiuz plausus. misso illuc nuncio inqri iussit celeriter qd hoc esset Quod cum didicisset assumptis aliqbus de palacio signo crucis se muniens illuc accessit. ibiqz multos xpianos metu mortis ad sacrificia duci conspexit. Que vehementi dolore cordis sauciata. ad

impatorem se audacter ingessit. et sic ait. Salutationez tibi pferre imp
ator et ordinis dignitas et rationis via pmonebat si creatorez celorum ag
noscceres. et a diis animū reuocares. Stansqz ante ianuā templi. p vari
as cōclusiones silogismorum allegorice et methonomice diserte et mistice
multa cum cesare disputauit Deinde rediens ad cōmune colloquz dixit
Hec tibi tanq̄ sapienti pferre curaui. Nunc aūt quare incassū congre-
gasti hanc multitudinē ad colendaz stulticiā ydolorum. Miraris hoc tem-
plū manu artificum opatum: miraris ornamenta pciosa q̄ velut puluis
ante faciez venti erūt Mirare potius celū et terram mare et oīa q̄ in eis
sunt Mirare ornamenta celorum. solez videlicet et lunā et stellas. Mira-
re famulatū eorum qualiter a mundi initio vsqz ad finez nocte et die cur-
rūt ad occidentez. et redeūt ad orientē. nec vnq̄ fatigātur Et cū hec ani
aduerteris iterroga et disce q̄s sit eorum potentior Cum aūt ipm ipso do
nāte intellexeris. nec similez illi inuenire valueris. ipsū adora. ipm glori
fica. Ipse em̄ est deus deorum et dn̄s dominantiū Cūqz de filii incarnatio
ne sapienter plurima disputasset. stupefactus cesar nō valuit ad hec rn̄de
re Tandez ad se reuersus dixit ad eā. Sine o mlr. sine nos finire sacrifi-
ciū. et p⁹ hoc tibi respōsa reddem⁹. Precepit igitur eā ad palaciū duci.
et cum diligentia custodiri. admirās nimiuz eius prudentiam et corpis
pulcritudinez Erat em̄ speciosa valde. et incredibili pulcritudine omniū
oculis admirabilis videbatur et gratiosa. Veniens igitur cesar ad pa-
latiū dixit katherine. Audiuim⁹ tuā eloq̄ntiā. et mirati sum⁹ tuā prudē-
tiā. sed in deorum sacrificiis occupati omnia plene intelligere nequimus.
Nunc aūt ab initio pgeniem tuā req̄rim⁹. Et sancta katherina ad hoc.
Scriptuz est Nec te collaudes nec te culpaueris ipe Hoc faciunt stulti
quos glia vexat inanis Confiteor tn̄ meā pgeniem nō tumore iactātie
sed humilitatis amore Ego enim sum katherina costi regis vnica filia.
Que quāuis in purpura nata. et liberalib⁹ disciplinis nō mediocriter i
structa. hec tn̄ oīa ptempsi et ad dn̄m iesuz xpm cōfugi Dii aūt quos co
lis nec te nec alios iuuare possunt. O igitur infelices taliū numinū cul-
tores. q̄b⁹ aduocatis. in necessitate nō assunt. in tribulatōe nō succurrūt
in piculis nō defendūt. Cui rex. Si ita est vt dicis. tot⁹ mund⁹ errat. et
tu sola veruz dicis. cum tamē omne verbū in ore duorum vel triū testiū p
firmetur Si angelus esses. si celica virtus. adhuc tibi credere nemo de
beret. quantominus cum femina fragilis esse probaris Cui illa Ne ob-
secro cesar a furore tuo te vinci pmittas. vt in sapientis animo non stet
turbatio dira. Sic namqz poeta ait. Tu si animo rexeris rex eris. si cor
pore seruus Et rex Ut video pestifera calliditate nos illaqueare dispo-
nis. dum p exempla philosophorum sermonem protrahere niteris. Uidēs
aūt cesar q̄ eius sapientie obuiare non posset. mādauit occulte p literas
vt omnes grāmatici et rhetores ad ptoriū alexandrie festinanter venirēt

immensa munera recepturi si cōcionatricez virginē suis assertionibꝰ supa rent ¶ Adducti sunt igitur de diuersis ꝓuintiis qnquagīta orato res.q̄ oēs mortales in omni mūdana sapientia excellebāt. Quibꝰ īter rogātibꝰ cur tā d̄ remotis ptibꝰ euocati fuissent. cesar rn̄dit Est apd̄ nos quedā puella sensu et prudētia incōpabilis.q̄ oēs sapientes cōfutat: et deos nostros demones esse affirmat. Quā si supaueritis.cuz honore magno ad ꝓpria redibitis Ad hec vnꝰ indignatus stomachāti voce rn̄ dit. O magnū impatoris cōsiliuz.q̄ ob vniꝰ degenerez puelle cōflictum sapiētes mūdi de remotis ptibus aduocauit. cū vnꝰ ex nr̄is clientulis eā poterat leuissime cōfutare Et rex. Poterā qdez hanc vi ad sacrificādū impellere.aut penis extinguere.sed meliꝰ iudicaui.vt vr̄is argumentis penitꝰ cōfutetur Cui illi dixerunt Adducatur corā nobis puella.vt sua temeritate conuicta. nunq̄ se sapientes vidisse cognoscat. Sed cuz vir go certamen qd̄ sibi immnebat didicisset.totaz se dn̄o cōmendauit Et ec ce angelꝰ dn̄i astitit sibi.et vt cōstanter staret admonuit. asserens q̄ non soluz ab his vinci nō poterit.sed insup illa ipos cōuersos ad palmaz mar tirii destinabit Cū ergo coram oratoribꝰ adducta fuisset.dixit impatori Quali iudicio cōtra vnā puellā qnq̄ginta oratores opponis. quos et ꝓ victoria remunerādos ꝓmittis.et me sine spe mercedis pugnare cōpel lis. Erit tam̄ merces michi dn̄s iesus xp̄s.q̄ est spes et corona pro se cer tātiuz Vez cum oratores deum fieri hominez aut pati impossibile dice rēt.virgo etiā hoc a gētilibꝰ p̄dictū esse ostēdit Nā plato astruit deū cir cūrotundū et decurtatuz. Sibilla quoqz sic ait. Felix ille deꝰ ligno q̄ pen det ab alto Cū igitur virgo cū oratoribꝰ sapientissime disputaret.et eos aptis ratōibꝰ cōfutaret.stupefacti illi.qd dicerent nō inuenientes.muti penitꝰ sunt effecti. Tūc impator cōtra eos nimio furore repletꝰ.increpa re eos cepit.cur ab vna puella tam turpiter se vinci permitterent Tunc vnꝰ mgr̄ alioꝝ sic ait. Noueris impator q̄ nullꝰ vnq̄ ante nos stare po tuit.quin cōtinuo vinceretur . Hec aūt puella in qua spūs dei loqtur.sic nos in āmirationez cōuertit. vt cōtra xp̄m aliqd dicere.aut omino nesci amꝰ.aut penitꝰ formidemꝰ. Unde impator cōstanter fatemur.q̄ nisi ꝓ babiliorez sententiaz de diis quos vsqz modo coluimꝰ protuleris.ecce oēs ad xp̄m cōuertimur. Audiens hec tirānꝰ.nimio furore succensus oēs in medio ciuitatis cōcremari iussit At virgo ipos confortans ad martiriū cōstātes efficit.et de fide diligenter instruit. Et cū dolerent q̄ sine baptismo decederēt.virgo respōdit. Ne timeatis.q2 effusio vestri sanguis vobis baptismꝰ reputabitur et corona. Cū ergo signo crucis muniti flamis fuissent iniecti.ita animas dn̄o reddiderūt.vt nec capilli nec vestimēta eoꝝ ab igne in aliquo lederētur. Cū aūt a xp̄ianis fuissent sepulti.tirānꝰ virgini loqtur dicēs. O virgo generosa.iuuentuti tue cō sule.et pꝰ reginā i palacio meo secūda vocaberis. et imagīe tua i medio

ciuitatis fabricata a cūctis velut dea adorab eris. Cui virgo. Desine talia dicere. q̄ scelus est etiā cogitare. Ego me xp̄o spōsaȝ tradidi. Ille gloria mea. ille amor meꝰ. ille dulcedo et dilectio mea. ab eiꝰ amore nec blandimēta nec tormenta me poterūt reuocare. Tūc ille furore repletus iussit eaȝ spoliatā scorpionibꝰ cedi. et cesam in obscuꝝ carcerem tradi. ibiqȝ diebꝰ duodecim fame cruciari. Rege aūt p̄ q̄busdam causis instātibꝰ extra regionis cōfinia p̄cedente. regia eius nimio amore succensa. cū prīcipe militū noīe porphirio media nocte ad carcereȝ virgīs p̄perauit. Quo cū regina itroisset. vidit carcereȝ inestimabili claritate fulgentem. et angelos plagas virginis pungētes. Incipiensqȝ virgo eterna ei gaudia p̄dicauit. et ad fideȝ cōuertens martirii coronā eidem p̄dixit. Sicqȝ vsqȝ ad mediā noctem s̄monē p̄traxerūt. Que cū oīa porphiriꝰ audisset. ad pedes virginis procidit. et cum ducentis militibꝰ fideȝ xp̄i recepit. Quia vero p̄ duodecim dies sine cibo tirānꝰ esse eaȝ iussserat. xp̄s p̄ hos dies missa d̄ celo cādida colūba celesti eā cibo refouebat. Deinde dn̄s cū multitudie angeloꝝ et virginū eideȝ apparuit dicēs. Agnosce filia creatoreȝ tuū. p̄ cuiꝰ noīe laboriosū subiisti cōflictū. constans esto qꝛ tecū sum. Rediēs igitur imp̄ator eaȝ sibi p̄sentari iussit. et videns eā splendidiorem quam tanto ieiunio estimabat afflictam. putauit ꝙ eā aliquis in carcere sustentasset. et furore repletus custodes torqueri precepit. Illa vero ait. Ego cibum ab homine non accepi. sed christus me per suum angelum enutriuit. Cui imp̄ator. Reconde oro quod moneo in corde tuo. et noli dubiis respondere sermonibus. Non te quasi famulam possidere cupimus. sed regina potens ⁊ electa decore in regno meo triumphabis. Cui virgo. Attende et tu obsecro. et iudicii examine veridica sanctione decerne quem magis eligere debeo. An potentem eternum gloriosum ⁊ decorum. vel infirmum mortalem ignobilem et deformem. Tunc imperator indignatus ait. E duobus tibi vnum elige. aut sacrificare vt viuas. aut exquisita tormēta subi vt pereas. Et illa. Quecunqȝ tormenta potes cogitare ne differas quia carnem et sanguinem meum christo offerre desidero. sicut et ipse pro me seipsum obtulit. Ipse enim deus meus. amator meus. pastor et sponsus vnicus meus. Tunc quidam prefectus furenti regi suasit vt infra triduum quattuor rotas serris ferreis et clauis acutissimis circumseptas prepararet. vt eam tam horribile tormentum dissecaret. et ceteros christianos tam dire mortis exemplū terreret. Ordinatumqȝ est vt due vno ordine voluerentur. due autem contrario impetu agerentur. vt ille deorsum lacerando contraherent. ille repugnantes sursum deuorando impingerēt. Tūc beata virgo dominum exorauit. vt ad laudem sui nominis et conuersionem populi circumstantis ipsam machinam dissiparet. Et ecce angelus domini molam illam cum tanto impetu diuellendo concussit ꝙ quattuor

milia gentilium interemit E ¶Regina autem que desuper hoc aspiciebat.et vsqȝ tunc se celauerat.statim descendens impatorem de tanta seuicia durius increpauit. Rex autem furore repletus cum regina sacrificare contemneret iussit eā extractis prius mām̄illis decollari. Que cum ad martirium duceretur.katherinam rogauit vt pro se dominum precaretur. Que respondit. Ne timeas a deo dilecta regina. quia tibi hodie pro transitorio regno commutabitur eternum.et pro mortali spō so tibi immortalem acquires. Tunc illa constans effecta tortores extra hortabatur. ne qđ iussi fuerant facere morarentur. ¶Ministri igitur ex ciuitatem eam ducentes.ferreis hastilibus mammillas eius euellunt. ⁊ post caput eius precidunt.Cuius corpus porphirius rapiens sepeliuit Sequente die cum de corpore regine questio fieret.et multos ex hoc ad supplicium tirannus protrahi iuberet.porphirius prorumpens in medium exclamauit.Ego sum qui christi famulam sepiliui.et christi fidem recepi.Tunc maxencius amens effectus.rugitum terribilem emittens exclamauit.O me miserum et omnibus miserandum ecce porphirius q̄ erat vnicus anime mee custos et totius laboris solatium deceptus est. Quod cum suis commilitibus referret.illi protinus responderunt. Et nos christiani sumus. et mori parati sumus. Tunc cesar furore ebrius precepit omnes cum porphirio decollari.et corpora eorum canibus dimitti .Deinde katherinam aduocans ait. Quamuis arte magica reginam mori feceris.si tamen resipueris prima in palatio meo eris Hodie igitur aut diis sacrificia offeres aut caput amittes Cui illa.Fac quecū qȝ animo concepisti. paratam enim me videbis ad omnia sustinēda.Data igitur super eam sententia. decollari iubetur.Que cum ad locum deducta fuisset.erectis in celum oculis orauit dicens O spes et salus credentium.o decus et gloria virginum iesu rex bone.obsecro te vt quicunqȝ passionis mee memoriam egerit.seu in exitu anime sue vel in quacunqȝ necessitate me inuocauerit.tue propitiationis consequatur effectum Factaqȝ est vox ad eam dicens. Ueni dilecta mea.sponsa mea.ecce tibi celi ianua est apta Nam et his qui passioneȝ tuam deuotis mentibꝰ celebrauerint.optata presidia promitto de celis.Deinde cuȝ decollata fuisset.et de eius corpore pro sanguine lac emanauit Angeli autem corpꝰ eius accipientes.ab illo loco ad montem sinai itinere plusq̄ dierum viginti deduxerunt.⁊ ibidē honorifice sepelierūt. Ex cuius ossibus indesinenter oleum emanat.quod cūctorum debiliuȝ membra sanat Passa est autem sub maxencio siue maximino tiranno.qui cepit circa annos domini.cccx.Qualiter autem maxentius pro hoc scelere et aliis que commisit punitꝰ fuit.in hystoria de inuentione crucis habetur ¶Dicitur ꝙ q̄dam monachus rothomagensis ad montem sinai prexit.ibiqȝ p septem annos in seruicio beate katherine deuotus ꝑmansit Quā cū instantius

